lumen gratie et glorie queramus. Sequitur. respice. hoc
est terciū. s. qui debeat respicere. quere in illo sermone. re
spicite et leuate capita vestra.

¶ Respicere debet quilibet quattuor.

¶ Sciendū est ꝙ ad presens hō quattuor debꝫ respicere.
Primo debet homo respicere hore mortis icertitudinē. il-
lud bn̄ respiciebat beatus ber. qui dicebat. nil certius mor
te nil icertius hora mortis. et eccle. ix. nescit hō finē suuꝫ
et sicut pisces capiūt hamo ⁊ aues laqueo: ita hoīes in
tpē malo. grego. qui semper cōsideraret qualis essꝫ i mor
te: semp esset timidus in opatōe ¶ Scdō debꝫ hō respicere
christi passionē. s. quō illudit ⁊ traditur et flagellatur et
spuitur ⁊ occidit. tāq̄ stultus illudit tāq̄ reus flagella
tur tāq̄ vilis cōspuit et tāq̄ inutilis occidit. ⁊ hoc ē qd
dicit in isto euāge° in principio. ecce ascēdimus hieroso
limis et filius hoīs tradet ⁊c̄. et vere semper debꝫ qui
libet bonus christianus oculis cordis respicere et videre
christi passionē. et h° ē qd dꝫ treñ. i. o vos oēs qui trāsitis
per viā ⁊c̄ ¶ Tercio dꝫ hō respicere ⁊ videre iudiciū futu
ri crudelitatē. et h° ē qd dicit dn̄s mat. xiii. vigilate et vi
dete: qr nescitis qn̄ tpūs sit ¶ Quarto debꝫ respicere hō
penaꝝ inferni acerbitatē: vt illas vitare valeat. et eterne
glorie magnitudinē: vt illā semp appetat. et hoc ē qd dic
dn̄s ysa. lii. leuate oculos vestros in celū ⁊ videte sub ter
rā deorsū. s. penaꝝ iferni acerbitatē. et leuate oclōs vrōs ī
celū. i. ad eterna l' celestia gaudia. sicut dꝫ isa. li. in celo ī
ueit gaudiū ⁊ letitia ⁊ grāꝝ actō ⁊ vox laudis. illō gau
diū eternū cōcedat nobis iesus chri. fi de. vi. Amen.

¶ Pro theuma ¶ Qui habꝫ aures audiēdi audiat.

¶ Per hoc notat ꝙ qn̄ homo nō habet aures. signum est
latrocinii sūt aures exteriores sunt et aures īteriores. s.
intellectus et affectus. quidam habent exteriores preci
sas. quia fugiunt sermones: nolentes audire verbum dei.
sunt alii qui nolūt audire aure intellectus. alii sunt qui

si intelligunt non audiunt aure affectus multi illam au-
rem affectus habent precisam mirum est de quibusdam
qui erubescerent si suus asinus vel equus haberet aures
precisas: et tñ nõ erubescũt de hº ꝙ aures sue sũt precise
qui audiunt tantum aure exteriori conmunicant cum
brutis qui audiunt aure intellectus communicant cũ de
monibus demõ enim sciens interpretatur dyabolus scit
plus de theologia quam oẽs magistri parisieñ. eze. xxiii.
nasum tuum ꝛ aures tuas precindent. nasus habet duas
nares quibus debemus sentire odores virtutum et feto
res viciorũ

Prothema. ¶ Nõ i solo pane viuit hõ: sꝫ in omni verbo qḋ
ꝓcedit de ore dei. bñdicit in oĩ verbo. oẽ ei exigit tria ap
pellata. tria aũt sũt i qbꝰ viuit hõ: verbũ orõnis ꝛ laudis
et hº ẽ ad deũ. verbũ cõfessiõis ꝛ hº ẽ ad seipsũ verbũ ex-
hortatõis ꝛ hº ẽ ad ꝓximũ. qdã ei hñt verbũ dei i itellctu
sic̃ i sacco. saccꝰ iflatᷣ de pane silitᷣ i tellectꝰ iflatᷣ de sciẽ
tia. Donica i quadragseima ſmo decimusoctauꝰ:

D Uctꝰ ẽ iesus i desrettũ a spũ vt tẽtaretᷣ a dyabo
lo. ꝛ cũ ieiunasset quadragĩta diebꝫ ꝛ quadragin
ta noctibꝫ: postea esuriit. mat. iiii. ¶ In isto eu
uangelio tria dicuntur de christo. ¶ Primum est ꝙ a spiri
tu sancto ductus in desertum fuit. ¶ Secundum: ꝙ diabo
lus tentauit ipsum. ¶ Tercium est ꝙ post ieiuniũ quadra
ginta dierum esuriit. Primum notatur cum dicit ductus
est ꝛc. Secumdum cum dicit. vt tẽtaretur a dyabolo. Ter
cium: cum dicit. cũ ieiunasset quadra. die. et qua. no. post
ea esu. ꝛc. oĩa ista voluit christus in seipso fieri ad nostram
instructionẽ. qꝛ sic̃ dicit grego. omis cristi actio nostra ẽ i
structõ. vñ quãtũ ad nostrã istructõnẽ tria i isto euãgelio
pñt ꝯsiderari Primũ ẽ ꝙ q̊libꝫ iustꝰ ad cristi silitudinẽ dꝫ
duci i desertũ pñie. ꝛ hº a spũ. Secũdũ ẽ videre quõ tẽtaᷣ
a diabolo Terciũ est videre quid debꝫ iustus esurire in
illo deserto in quo ductꝰ est iesus ¶ Iesus interpretatur
saluator et significat quẽlibꝫ iustũ qui dꝫ iquãtũ põt et
dũ põt salutẽ aĩe sue q̃rere. vñ isa. xl. q̃rite dñm dũ iue. po

inuo. ꝛc. Iste iesus id est quilibet iustus dꝫ duci spontanee per diuinā inspiratōnē in desertū penitētie vel religionis.

¶ Homines diuersimode intrāt religionē.

¶ Sed sciendū est ꝙ sunt quidā qui aliquādo ītrant in desertū religionis: vt ventrē suū impleāt. isti ducūtur a spū phitonico. de quo ysa. xxix. et erit quasi spiritus phitonis de terra vox tua et de humo viuificabit eloquiū tuum. ¶ Itē alii sunt qui intrant ex ambitōne vt ꝓmoueantur. tales ducūtur a spiritu baal qui superior iterpretatur. de istis dicitur. iii. re. xviii. ¶ Itē alii intrant vt ypocrite vt laudētur. isti ducuntur a spū inanis glorie. ¶ Itē alii itrāt vt boni vt agāt penitētiā pro peccatis suis vt liberius deo seruiant. isti ducūtur a spiritusancto. Sed notandū ꝙ marcus dicit. cōpulit eū spūs in desertū. et lu. iiii. dicitur. agebatur i desertū a spū. et mat. iiii. dr ductus ē iesus in desertū a spū ꝛc. cōpellitur homo qn̄ infirmitate cogēte vel timore mortis vel aliqua tribulatōe intrat religionē. s. desertū pn̄ie. et hoc ē a spūsancto. vn̄ tren̄. i. migrauit iudas ppter afflictōnē et multitudinē seruitutis ꝛc. et psal. multiplicate sūt ifirmitates eorum: postea accelerauerūt. aug. felix necessitas q̄ ad meliora cōpellit. ¶ Preterea ille agitur a spūsancto qui itrat p predicatōnē aliquā vel per aliquā bonā excitatōnē. et sicut dr ro. viii. qui spū dei agūtur hi filii dei sunt. ¶ Itē ducitur a spūsancto qn̄ spontanee intrat et solū per diuinā inspiratōnē. et hoc vt spōse oculis et amplexibus perfruatur. et hoc est qd dicit hic. ductus ē iesus ꝛc. Istud desertum est desertū penitētie in quo quilibet bonus christianus qui habꝫ etatē et corpis sanitatē i tēpore isto quadragesimali debet duci spōte sua. et hoc a spūsancto. vn̄ ozee. ii. dicit spūssanctus. ducā eā in solitudinem scilicet animā fidelē et loquar ad cor eius. ꝓuer. iiii. dicit spūssāctus. ducā te p semitas eqtatis. istud desertū ē in quo hitat iohēs. i. grā dei. lu. i. erat iohēs i deserto vsqꝫ ad diē ostēsionis sue. istud desertū significatur per illd desertū in quo filii israhel trāsierūt postq̄ egressi sūt de egypto anteq̄ venirēt ad terrā ꝓmissionis. de quo dr exo. xv. egressi

sunt filii israhel in desertū ꝛ ambulauerūt tribus diebus per solitudinē ꝛ nō iuenerūt aquā et venerūt marath nec poterāt de marath aquas bibere eo ꝙ essent amare. filii israhel sunt omēs boni christiani vidētes deū p verā fidē et celestiū cōtemplationē qui debēt p²iᵒ egredi de egypto.i. de tenebris peccati mortalis.q2 egyptus tenebre iterpretat² et debēt ire in desertū pnie.et bñ dicit² desertū pnia propter aspitatē deserti: q2 in deserto nō sunt nisi tribuli et spine q̄ figurāt aspitates quas habēt penitētes.

Tres dies penitentie.

Per istud desertū dꝫ quilibet iustus ambulare p tres dies. Primus est cōtritio et dolor cordis de pctis suis. sed qui vult in isto deserto p istū diē bñ ambulare et bonā dietā facę:ipse cōtinue dꝫ hacre dolorē de peccatis suis q̄ fecit a mane iuuentutis sue vsq3 ad vesperā.i.vsq3 ad senectutem.et hoc ad minus gñaliter si nō pōt specialiter de omnibus.de isto dolore dicit psal.dolor meus in cōspectu meo semp.et apost.ro.ix.tristicia michi est continuus dolor cordi meo. Secundus dies ē vera confessio oris.si quis vult p istā diē bñ ambulare in deserto pnie debet incipe dietā suā in mane iuuētutis sue et dꝫ illā cōtinuare vsq3 ad vesperā.i.vsq3 ad finē vite sue.q2 debet oīa peccata cōfiteri q̄ fecit ī mane.i.in puericia sua et q̄ fecit in hora tercia.i.in adolecētia. et q̄ fecit in quinta.i.in iuuētute.et q̄ in sexta.i.in senectute.et ea q̄ fecit ī vespa.i.in senio.vere oīa peccata q̄ pōt homo reducę ad memoriam dꝫ cōfiteri qui vult ad miam dei venire.vñ puer.xxviii.qui abscōdit scelera sua nō dirigetur. qui aūt cofessus fuerit misericordiā cōsequetur. verū est qui haberet quinq3 vulnera ad mortē in corpore suo:si vnū illoꝝ ꝓpter verecūdiā nollet ostēdere:ita bñ incurreret mortē ꝓpter illud solū sicut ꝓpter oīa illa alia:ita qui ꝓpter verecūdiā vnū peccatū mortale dimitteret ita bene mortē incurreret sicut propter multa si illa ꝓpter verecūdiā cōfiteri dimiteret et illud cōfessori suo ostendere nolet. ita bene mortem incurreret eternā sicut faceret ꝓpter multa si illa ꝓpter ve

recūdiā cōfiteri dimitteret. et ideo dicit beatus grego. si medicinā expectas: oportꝫ ꝙ vulnꝰ detegas. ⁊ eccl. xviii. ante languorē. s. iferni medicinā adhibe. ⁊ sicut dicit apostolus. ii. cor. vi. ecce nūc tpūs acceptabile ad accipiendā medicinā. s. cōfessionis. sꝫ bone iesu multum ego miror de multis qui nolūt cōfiteri donec trāsierit tota quadragesima. certe isti sūt stulti: qꝛ melius valeret eis vnū ieiuniū vnius diei post pctōꝝ suoꝝ cōfessionē ꝙ valeat ieiunium totius q̄dragesime. isti sūt similes illis qui nolūt vineā putare donec videmiata sit. isti sunt similes illis qui volūt lauare manus suas postꝙ cōederint ⁊ anq̄ comederint noluerūt lauare manus suas. et sicut dꝛ cāti. ii. tēpꝰ putatōis adueīt modo in primo ꝑ istos. s. per cōtritōnē et cōfessionē veīt aīa ad portā paradisi qꝛ ante cōtritōnē aīa peccatrix dū est in peccatis ipsa ē ad portā iferni: qꝛ iter ipsam et infernū nichil ē mediū nisi tēpus vel corpus qđ nō ē nisi quidaꝫ paries terre: qꝛ si aīa essꝫ sepata a corpore tācito intraret ifernū. vn̄ psal appropinquauerūt vsqꝫ ad portas mortis. sed per cōtritōnē et confessionē iam venit ad portā paradisi. qꝛ confessio ē clauis qua porte paradisi aperiūtᶻ aīabus. vn̄ psal. introite portas eius in cōfessiōe.

Tercius dies est satiffactō operis. est autē satiffactio in tribus. in ieiuniis elemosinis et oratōnibus deuotis. qui ergo vult per istū diē bene ābulare in deserto penitentie ipse debꝫ esse in ieiuniis elemosinis qui pōt et in oratōnibus deuotis. In ieiuniis debꝫ esse quilibet bonus christianus. qui habet sanitatē corporis et etatē tenetᶻ quadragesimā ieiunare itegre: si potest bono modo. qꝛ christus magister noster ieiunauit primo sine cibo et potu materiali. vn̄ dꝛ in isto euāgelio cū ieiunasset quadragita diebus et quadragita noctibus: postea esuriit. iō dicit dn̄s ioel. ii. cōuertimī ad me in ieiunio ⁊ fletu ⁊c̄. certe illud ieiuniū facit aīaꝫ veīre ad dei visionē. et illđ optime significatū est. iii. re. xix. qꝛ ibi dꝛ ꝙ cū helias ieiunasset quadragita diebus venit ad mōtē dei oreb et ibi vidit dominū. et moises post ieiuniū quadraginta dierū legē suscepit et locu

tus est ad deū facie ad faciē. vt habet[r] exo.xxxiiii ¶ Itē debet esse in elemosinis qui potest. vñ ysa.viii. dñs dicit post ieiuniū.frange panē esurienti.

¶ Elemosinā dare debemus ꝓpter tria.

¶ Et libenter quilibet iustus qui pōt dare debꝫ elemosinas pauperibꝫ christi.et hoc ꝓpter tria. ¶ Primū ē q2 per elemosinā pccā redimūt[r].vñ danielis iiii.dicit dñs nabuchodonosor. elemosinis redime pccā tua.et puer.xiii.redemptio aīe ꝓprie diuitie. ¶ Scdm est q2 per elemosinā peccata extiguntur.vñ eccle.iiii.dicit interli. sicut aqua extinguit ignē: ita elemosina extinguit peccatū. ¶ Terciū est q2 per ipsā aīa a pccō et a tenebris iferni liberat[r] et p illā cōtritione ꝛ confessione vita eterna acquirit[r].vñ thob.xii.elemosina a morte liberat et purgat pccā et faciet vitā eternā inuenire ¶ Itē debet esse in orōnibꝫ deuotis.vñ hiero.orōe fugātur pestes mētis et ieiunio pestes corpis.

¶ Oratio qualis dꝫ esse vt exaudiatur.

¶ Sed oratio ad hoc ꝙ cito exaudiat[r] debet esse huīlis cōtinua et deuota.humilis dꝫ esse.vñ eccle.xxxv. orō huīliātis se penetrat nubes ¶ Itē continua.vñ iaco.v. multū valet deprecatō iusti assidua. Itē debet esse deuota. vñ.i.re.i.dicit[r] ꝙ anna rogauit dominū flens largiter et exaudita est. ¶ Post illud triduū.s. cōtritōis cōfessionis et satisfactōis inueitur christus.vt habetur lu.ii.certe per istos tres dies oportet oēs christianos ambulare ad desertū penitētie qui volūt ad terrā ꝓmissionis veire.i.ad eternā vitā q̄ promittitur nobis a deo ꝛ.a patriarchis ꝛ a ꝓphetis et apostolis: si fecerim penitētiā. vñ dñs math.iii.agite penitētiā ꝛc̄. sꝫ multis videt[r] amarū ꝛ durū ambulare in desertū penitētie p istos tres dies: q2 nō ieniūt ibi ad bibendū nisi aquas marath.i.amaritudines.sed nō oportet eis scdm ꝙ dicit[r] exo.xv.nisi vt apponant lignū in aquis illis.i. memoriā dominice passionis et tācito cōuertēt[r] in dulcedinē.vñ augu. si passio christi ad meōriā reducitur: nichil a deo durū est qdnō equo aīo tolleretur ¶ Scdꝫ ē videre quō tentatur a dyabolo. et hoc notatur cū dicit vt

tẽtaret a dyabolo. ¶ Tentatio multiplex.
¶ Sed sciendũ q̃ quadruplex ẽ tentatio. Tentat enĩ homo a deo ab homine a carne et ab hoste. ¶ Tentat deus vt probet. vñ geñ. xxii. tentauit deus abrahã. ¶ Tentat homo vt sciat. tentat caro vt inficiat. vñ iaco. vii. quisq̃ tentat a cõcupiscẽtia sua mala. Tentat diabolus vt decipiat. vñ actuũ. v. dicit beatus petrus ananie. cur tẽtauit sathanas cor tuũ. et de ista tentatõe dicit hic. Sz sciendũ est q̃ dyabolus multociẽs tẽtat hominẽ postq̃ in desertũ pñie et religionis est. ¶ De istis tribus de quibz tẽtauit christũ s. de gula de inani gloria de auaricia de eisdẽ tribz tentauit similiter ꝛ decipit primos parẽtes. vt hẽt geñ. iii. de gula. tentauit eos qñ fecit eos comedere de pomo vetito. de inani gloria vel supbia: qñ dixit eis. eritis sicut dii. de auaricia qñ voluerũt esse sciẽtes bonũ ꝛ malũ. q2 dicit grego. auaricia nõ solũ pecunie: sz sciẽ. similiter de gula tentauit christũ qñ ei dixit. dic vt lapides isti panes fiãt. de inani gloria: qñ posuit eũ supra pinaculũ tẽpli vbi predicatores solebãt ascẽdere. ꝛ ibi multi ianẽ gloriã habuerũt de auaricia: qñ illi omia regna mũdi ondit et ei ea voluit dare si eũ adoraret. Sz istis tribz voluit christus tẽtari: vt eũ viceret illis armis quibz vicerat primos parẽtes et vt istrueret nos quõ debemus vincere p sacrã scripturaz sicut ipse fecit. De istis tribz ipse tẽtat quẽlibet iustum qñ itrat in desertũ religionis vel penitentie.

¶ Sex modis tentat dyabolus de gula.

¶ Primo tentat dyabolus hoĩẽ de gula. et hoc sex modis. ¶ Primo dicẽdo ei. dic vt lapides isti panes fiãt. q. d. ei. nũq̃ precepit deus vt hõ se interficeret. vnde dicit ei. multũ laborasti: multũ ieiunasti: tã magnã pentẽtiã fecisti: necesse est alñ recreari. aliter deficeres. sic nititur diabolus sub spẽ discretionis ꝛ veritatis ingerere venenum voluptatis. dicit g° vt lapides isti panes fiant. vñ grego. rigorẽ discipline vel penitẽtie cõuerte in molliciẽ ¶ Secũdo tẽtat hoĩẽ de gula: qñ tẽtat vt ante horã comedat die dñica anteq̃ audiret missã et in die ieiunii añ magnã

missam. de ista specie tētauit ionathan qui comedit ante horā. vt habetur. i re. xiiii. et mortuus ipse fuisset nisi populus essꝫ. certe tales multū debēt timere illā maledictōnē de qua dicit᷑ eccle. x. maledicta terra cuius rex puerē et cuius pricipes comedūt mane hō terra ē et in terra ibit. rex est liberū arbitriū qd habꝫ aiam regere. pricipes sūt quiqꝫ sensus. isti primo q̄rūt regnū ventris q̄ regnū dei. Tercio tentat quādo homo nimis delicata cibaria appetit sicut diues ille qui epulabat᷑ quotidie splendide ⁊ ipse sepultus ē in iferno. vt hēt᷑ lu. xvi. et sicut filii israhel qui desiderabāt carnes in deserto. vt hēt᷑ nume. x. iō dic̄ ber. de condimētis. sufficiat vt comestibilia fiāt cōcupiscibilia. sufficit eni cōcupiscētie malicia sua. hiero. nō est curandū ex quibꝫ cibariis cōficiātur stercora. ¶ Quarto tētat qn̄ facit alicui sumere de cibo vel potu ad superfluitatē. vn̄ eze. xvi. hec fuit iīquitas sodome superbia saturitas panis et ociū ꝛc̄. ¶ Quīto tentat qn̄ facit eis querere curiositatē in cibis et salsamētis et qn̄ studiosi et sollici ti sūt nimis in preparatōe eoꝝ sicut tētauit filios hely. vt hēt᷑. i. re. ii. qui nolebāt carnē coctā ab illis qui offerebāt sacrificia accipere scd̄ꝫ ꝙ cōsuetū erat: sed carnes crudas rapiebāt ab eis vt magis curiose ⁊ laute prepararēt illas i. re. iiii. legit᷑ ꝙ ābo subito mortui sūt simul. ¶ Sexto tentat vt aliq̄ aliqs nimis auide ⁊ nimis ardēter cibū sumat. ita tētatus ē esau. geñ. xxv. qui vēdidit iacob primogeīta sua ꝓ lētis edulio qd comedit auide ⁊ ardēter. ꝯ istā tentatōnē dꝫ quilibet iustus pugnare et ei resistere ꝑ sobrietatē. vn̄ hiero. sumenda sunt cibaria sicut medicamenta: q̄ si ex̄ mēsurā capiāt᷑: nō sanitas sed mors acquiritur. ¶ Itē per scripturā sicut fecit christus debꝫ quilibet dicere dyabolo qn̄ tētat de hoc: nō consentiā tibi. q̄ scriptura dicit eccl. xxvi. sobrius potus sanitas est anime et corpis. ⁊ ro. iiii. nō eni ē regnū dei esca et potus: sed iusticia et pax et gaudiū in spūsancto. ¶ Item tētat aliq̄ de inani gloria qn̄ suggerit alicui homini vt glorietur de aliqua bona opatione quā fecit et qn̄ facit illā ostendere hominibus: vt inde

afflictõnē ⁊c. ¶ Terciū ē ꝓpter peccatū pauptatē. qꝛ pecca
tū est quidā latro qui expoliat animā oībus bonis gratie
et vulnerat eā in bonis nature. vñ lu. ii. hō quidā descēde
bat de hierusalē in hierico et incidit in latrones qui expo
liauerūt eū bonis gratuitis et vulnerauerūt ī naturalibꝫ
vñ treñ. iii. dicitr. ego vir videns paupertatem meam ⁊c.
Quartū est ꝓpter peccatū īfirmitatē. vñ iiii. re. v. dꝛ ꝙ na
amā leprosus egressus est de syria ⁊ venit ad regē israhel
vt curaretur ab īfirmitate sua maxia. naamā leprosus pec
catorē leprosū ⁊ fetidū corā deo ⁊ angelis significat: qui
dꝫ de terra pcci exire ⁊ debet veīre ad regē israhel. i. chri
stū qui ē verus rex israhel vt curetur ab īfirmitate pecca
ti sui. ꝓpter ista quattuor dꝫ mulier chananea egredi de
pccō. i. de finibus peccati. et hoc ē qđ dꝛ hic ꝙ mulier ista
egressa ē de finibus tyri et sydonis. tyrus interpretatr an
gustia et significat peccatū. qꝛ fere in quolibet pccō mor
tali plus habet homo de angustiā et de dolore ꝙ̄ de dele
ctatōe. istud maifestū est in luxuriosis et auaris et cupi
dis ⁊ in latronibꝫ: qꝛ luxuriosos oportet p multas noctes
laborare ⁊ multū expēdere: añꝙ̄ possint libidinē suā adim
plere. pro modico festo multas faciūt vigilias. similiter a
uaros et cupidos oportet mane surgere et maria alñ tran
sire et tribulatōes multas sustinere anteꝙ̄ possint diuiti
as magnas acquirere: vel qđ desiderant habere. similiter
latrones multū oportet vigilare añꝙ̄ possint furari ⁊ ha
bere qđ desiderant et sic de aliis peccatis. vñ in pccō ē ā
gustia in opatōe et angustia post pcci perpetratōnē ꝓpt
remorsionē cōsciē. vñ augu. sup oēs tribulatōes aīme huā
ne maior est tribulatio cōscientia delictorum. sed maxīa e
rit angustia qñ cruciabuntur in īferno post iudiciū in aīa
et in corpore. et maxime qui noluerūt hic egredi de pccō
nec hic aliquā penitentiā facere. vnde sapi. v. videtes tur
babūtur timore horribili ⁊ mirabūtr et subitatōne inspera
te salutis gemētes pre angustia spiritus intra se penitē
tiam agentes et dicēt de bonis qui erunt cū dño: hi sunt
quos aliquādo habuimus in derisū ⁊c. sꝫ nos errauimus

a via veritatis et vias difficiles ābulanimus ꝛc. vñ ber. i
suis meditatōibus. quis putas tūc erit meror: quis luct9:
que tristicia: cū sepabūt᷑ impii a cōsortio iustoꝝ ꝛ a visi-
one dei ꝛ traditi in ptāte demonū ibūt cū impiis in ignē
eternū et ibi erūt sine fine in luctu et geitu. ideoq; egre-
di debet aīa peccatrix de āgustia peccati dū potest. Itē
sidon interpretat᷑ venatio et venatio diaboli peccator ē.
qꝛ diabolus venat᷑ peccatores et aīas peccatorū. vñ treñ.
iii. venatōe ceperūt me q̄si auē. vñ diabolus venator aīaꝝ
est et habꝫ plura īstrumēta quibus venat᷑ aīas pctōꝝ.

¶ Instrumēta quibus venat᷑ diabolus hoīes.

Item habet canes et cornua et vestē pallidaꝫ et rethia et
decipulā et laqueos. canes diaboli sunt detractores. vñ
mat. Nolite sanctū dare canibus. et eccle. xix. sagitta in-
fixa femori canis ē sicut verbū in ore stulti. s. detractoris
qꝛ sicut canis nō requiescit donec reōuerit sagittā de fe-
more: nec stultus detractor quiescē pōt donec verbū ma-
lū (qđ audierit de ꝓximo suo) aliis retulerit. isti similes
sūt canib9 qui morāt᷑ semꝑ in macello. qꝛ semꝑ īsidiāt᷑ sā-
guini. et ipsi detractores sic̄ et canes sanguinolēta habēt
labia vñ ꝓuer. i. īsidiāt᷑ sanguini. vere detractores sūt ca-
nes diaboli ꝓditores qꝛ semꝑ mordent hoīes in oculto: et
nō solū canes: imo serpētes sunt ꝓditores mordētes hoīes
in oculto et in silētio. vñ eccl. ix. si mordeat serpēs in silē-
tio: nil eo minus habet qui oculte detrahit. Itē cornua e-
ius sunt adulatores laudātes hoīes corā ipsis vel cornua
diaboli possunt dici predicatores trufas ꝛ fabulas predi-
cātes et blādiētes in predicatōibus suis ꝛ q̄rentes ab hoi-
bus gloriā ꝛ adulatōes. et tales predicatōes siue predica-
tores lactāt hoīes lacte adulatōis. vñ ꝓuer. i. fili si te la-
ctauerit pctōres ne aquiescas eis qꝛ sic̄ dicitur isa. iii. po-
pule meus qui te dicūt beatū ipī te decipiūt. certe sic̄ di-
cit btūs aug. hec ē magna ira dñi vt desit correctō ꝛ adsit
adulatō. ꝛ iō dic̄ eccl. vii. melius ē a sapiēte corripi: q̄ stul-
toꝝ adulatōe decipi. de istis cornib9 dicit dñs in psal. cor-
nua pctōris cōfringā. i. adulatores et malos predicatores

⁊ exaltabūtᷣ cornua iusti in gloria scȝ boni predicatores. ❡ Terciū instrumētū est vestis pallida qua induitᷣ ne perꝑatᷣ ab aialibȝ siluestribus vestis palida qua induitᷣ dyabolus in mēbris suis est ypocrisis qua venaᷣ ypocritas tristes qui extermināt facies suas vt videātᷣ ab hominibus ieiunātes. vt habetᷣ mat. v. de istis dicit dn̄s mat. vi. attēdite a falsis ꝓphetis qui veniūt ad vos in vestimētis ouium: intrīsecus aūt sunt lupi rapaces. Isti ypocrite induti sunt veste pallida vel ꝑegrina ❡ Quartū īstrumētū ē rethe. rethia diaboli sunt mali prelati ꝑ quorū malū exēplū venatᷣ laicos diabolus. vn̄ ozee. v. dicitᷣ. audite ꝛc̄. de malis prelatis. laqueus facti estis speculationi ⁊ sicut rethe expāsum ante mōtē thabor. ❡ Quintū ē decipula et laq̄i. decipula et laquei diaboli sunt male ⁊ fatue mulieres. eccle. vii. inueni mulierē amariorē morte: q̄ laq̄us venatorū est. sagenator eius et vincula manus eius. puer. vii. dr̄ ꝙ irretiuit eū scȝ iuuenē multis sermonibus ꝛc̄. et iere. v. inuēti sunt impii in populo meo īsidiātes scȝ demones quasi aucupes laqueos ponētes ⁊ pedicas ad capiēdos viros. sicut decipula ē plena auibȝ: sic domus eoꝝ plena ē dolo. Isti īsidiātes ⁊ aucupes et venatores sunt demones. laq̄i eoꝝ et decipule et pedice sunt male mulieres ⁊ fatue q̄ in apparatibȝ suis et deceptōibus capiūt hoīes et decipiūt. de omnibȝ istis pctīs dȝ q̄libet aīa peccatrix egredi. et hᵒ est quod clamat dn̄s ysa. lii. exite: pollutum nolite tāgere scȝ peccatū. sȝ aīa q̄ egrediᷣ de peccato ē mulier q̄ egreditᷣ de tyro ⁊ sydone quod est egredi de peccato. sȝ de peccato nō solū sufficit egredi: sȝ de finibȝ tyri et sydonis. i. de circūstātiis peccati et de occasionibȝ peccati et de cōsortio maloꝝ viroꝝ et mulieꝝ ⁊ de supfluitate ciboꝝ et potuū ⁊ hoc est quod dixerūt angeli loth. gen̄. xix. s. ꝙ egrederetᷣ de ciuitate sodome et gomorre et cōsortio sodomitarū: et cū egressus esset dixerūt. noli respiċe post tergū tuum: nec stes in omnē locū ċca regionē: sȝ in mōte saluū te fac. ❡ Sed notādū ē ꝙ ista mulier dicitᷣ chananea q2 chananea interpretatur cōmutata. et q̄libet aīa postq̄ egressi

sa est de peccato et de finibus peccati ipsa dz esse comu-
tata de statu culpe ad statū grē et de malo in bonū et de
viciis ī virtutes et de virtute in virtutē: donec videat de
um deoꝝ ī syon. Ista mutatō ē dextere excelsi. vere ista dz
esse mutata in lingua: vt malus sermo nō exeat de ore suo
vn̄ aposto. ephe. iiii. omnis malus sermo nō ꝓcedat de ore
vestro: sz si quis bonus ē ad edificatōnē ꝛc̄. et non solū de
bet habere linguā mutatā: sed oēs sensus. et hoc est qđ di
cit ysa. xix. erūt quinqꝫ ciuitates loquētes lingua chana-
nea. Iste quiqꝫ ciuitates sūt quiqꝫ sensus. visus auditus
odoratus gustus et tactus: qui debēt loqui chananea lin
gua id est cōmutata. qꝛ debēt esse cōmutati de malo in bo
nū et de bono in melius. sed sicut dicit hiero. oculus lasci
uiēs auris pruriēs: olofactꝰ seruiēs: gustus saporibꝰ gau
dens: tactus imūdus lingua loquitꝛ egyptiaca. ⁊ tūc sūt
sic̄ ille quiqꝫ ciuitates egyptioꝝ de quibz hētꝛ. i. re. v. sed
qn̄ sūt bene cōmutati: tūc sūt sicut quiqꝫ fratres beniami
de quibz hētꝛ gen̄. xli. ⁊ quiqꝫ talēta bono seruo. mat. xxv
Preterea dicitur ista mulier sirophenissa: qđ interpreta-
tur profūde cōuersa. et sicut ꝓfūde peccauit aīma: ita ꝓ-
funde debet cōuerti ad dominū. vnde. ysa. xxxi. conuerti-
mini ad dn̄m per peītentiā sicut per profundā recessistis
culpā ¶ Sed sciēđ est ꝙ in hoc ꝙ mulier ista dicitꝛ egres-
sa: potest notari status incipientiū. in hoc ꝙ đꝛ chananea
status ꝑficientiū. in hoc ꝙ dicitꝛ sirophenissa: status ꝑfe-
ctoꝝ ¶ Secundū est videre q̄ est ista filia que a demonio
vexatur ¶ Ista filia pōt dici cōsciētia cōsistens in peccato
mortali: q̄ nūq̄ pōt esse in pace. vn̄ isa. liiii. nō ē pax. idem
lvii. cor impii. quasi mare feruēs qđ quiescere nō pōt. cer-
te filia ista vexatꝛ per diuersa genera vexationum: qꝛ tot
ernut vexatōes demonioꝝ quot sunt genera pccōꝝ.

¶ Quomodo liberatꝛ filia a peccato.

¶ Terciū est videre quomō filia ista a demonio liberatꝛ.
¶ Et sciend̄ est ꝙ ꝓpter tria q̄ facit mater eius. s. ꝓpter fi-
dei cōstantiā ꝓpter precū ⁊ clamoris īstantiā ⁊ ꝓpter hu-
militatē eximiā. In istis tribz cōmendatur ista. ¶ Primo

a fidei cõstantia. vnde dicit christus. mulier: magna est fides tua: fiat tibi sicut vis vt filia tua a demonio liberet' et curetur. sequitur. et sanata est filia eius in illa hora. Item commendatur in clamoris et precum instantia quãdo clamauit dicẽs. miserere mei fili dauid: filia mea a demonio vexatur ecce cognoscit infirmitatẽ suam et dicũt apostoli. dimitte eã: quia clamat post nos. vnde sicut dicitur. tediosus vincit. ¶ Itẽ cõmendatur ab humilitate eximia quando dixit. nam et catelli edunt de micis ꝛc. ecce humilitas maxima: nam catellum se appellauit. similiter qui vult ꝙ filia id est conscientia sua a demonio liberet' oportet ꝙ faciat ista tria.

¶ Liberatur anima peccatrix a deo ꝓpter tria.

¶ Primum est quia debet habere magnam fidem et veram quia sicut dicit aposto. hebre. xi. sine fide impossibile est placere deo ꝛc. et math. xvii. dicitur ꝙ iesus curauit quẽdam puerum a demonio quem non potuerunt curare discipuli eius. vnde dicitur ibi ꝙ discipuli accesserunt ad eum et dixerunt quare non potuimus curare eum. dixit illis iesus. propter incredulitatem vestram. ¶ Amen dico vobis: si habueritis fidem sicut granum sinapis et dixeritis monti huic id est diabolo transi hinc et trãsibit.

¶ Clamor triplex ad deum.

¶ Secundum est ꝙ debet instãter ad eũ clamare scilicet clamorẽ triplicẽ. clamorem cõfessionis: clamorẽ deuote orationis et clamorẽ gratiarum actionis ¶ Primus clamor debet esse ad modum mulieris parturiẽtis que clamat ex dolore quem habet. ita qui vult liberari a peccato debet clamare clamorẽ confessionis. et debet esse iste clamor ex dolore cordis quem debet hẽre peccator de pccõ suo. de isto clamore dicitur isa. xxvi. sicut que concepit cũ appropinquauerit ad partũ dolens clamabit in doloribꝰ suis sicut ꝑturiẽs: sic facti sumꝰ ¶ Scdũs clamor debꝫ eẽ deuote orõis. de isto clamore dicit psal. dñe exaudi orõnẽ meã:

et clamor meus ad te veniat. Istum clamorem debet quilibet clamare et quasi incessanter. vnde aposto. i. ad the. v. sine intermissione orate. ¶ Tercius debet esse gratiarum actionis et de bonis a deo sibi collatis. de isto clamore habetur math. xxi. de pueris hebreorũ. vnde dicitur ibi. turbe que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomie domini. Per istum triplicem clamorẽ liberatur peccãtor a vexatione dyaboli. ideo dicit psal. clamabo ad dominum altissimũ qui benefecit michi. misit de celo et liberauit me scilicet a potestate dyaboli et dedit obprobriũ conculcantes me.

¶ Humilitas est bona propter tria.

¶ Tercium est quia debet habere humilitatẽ in se eximiam et hoc propter tria. Primum est quia per humilitatem liberatur a vexatione dyaboli. psal. hũiliatus sum et liberauit me ¶ Secundum est quia humilitas facit habere gratiã dei. vnde iaco. iiii. deus superbis resistit: humilibus autẽ dat gratiam. ¶ Tercium est q2 facit in fine habere gloriam regni eterni. vnde prouer. xxix. humilem spiritu suscipiet gloria. et luce. xiiii. qui se humiliat exaltabitur in eterna gloria. Illam gloriam cõcedat nobis ihesus christus Amen.

¶ Dominica tercia in quadragesima. sermo vicesimus.

Erat ihesus eiciens demonium et illud erat mutum et cum eiecisset demonium locutus est mutus et admirate sunt turbe. lu. xi. legimus multotiens dominum eiecisse demonium.

¶ Eiecit dominus diabolum multotiens.

¶ Primo eiecit eũ de celo ppter supbiã. vñ ezechi. xxviii. dicitur. cherub peccasti et ideo eieci te. ¶ Secundo eiecit eum de mũdo per suã gloriosam passionem. vnde io. xii. dicitur nunc princeps mundi huius eicietur foras. ¶ Tercio eiecit eum de corporibus obsessorum. vt habetur hic.

per miraculoꝝ operationem. ¶ Quarto eiecit eum vel eicit de animabus peccantibus. et hoc per spiritussancti gratiam et virtutem. vnde hic dicit. in digito dei eicio demonia id est in virtute spiritussancti. vnde istud miraculum quod fecit deus in corporibus obsessoꝝ facit quotidie in animabus peccatorum. dicit ergo erat iesus eiciens demonium. ¶ In istis verbis ad presens possumus tria considerare ¶ Primū est quid per istum demoniacum quem dominus a demonio liberauit significatur et quid sit illud demonium quo homo cecus et mutus efficitur ¶ Secundū est quomodo illud demoniū ab eo eicitur et que verba debeat loqui ille postq̄ a demonio liberatur ¶ Terciū est videre que sunt ille turbe que ex hoc admiratur. Primū notatur cū dicitur. erat iesus eiciens demoniū. Secundū cum dicitur et cū eiecisset demoniū locutus est mutus. Tercium cū dicitur admirate sunt turbe.

¶ Peccator assimilatur demoniaco ppter quattuor

Primū ergo ē videre quid per istū demoniacū significatur Per istū demoniacū quilibz peccator significatur. et hoc ppter q̄ttuor. ¶ Primū ē q2 demoniacus nō sentit ppriā infirmitatē. ita pctōr existēs in pctō mortali cū sit ifirmus maxia ifirmitate q̄ est ad mortē eternā et maxie tūc quādo obstinatus ē. q2 tūc habet cor lapideū. vn̄ isa. xlviii. sciui eni q2 durus es tu ꝛ neruus ferreus ceruix tua ꝛ frōs tua erea. Istud d2 de populo israhel qn̄ obstinatus erat i pctō suo. et ezech. iii. omis domus israhel attrita fronte ꝛ duro corde. ita pctōres postq̄ obstinati sunt in pctis suis attriti frōte sunt ꝛ duro corde. vnde ipsi sunt qui habent quasi cor lapideū et ideo nō possunt sentire ifirmitatē suā sicut demoniaci. sed dominus dicit ezechielis. xxviii. auferam a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum et molle et sensibile ¶ Secundum est quia non timet verecundiam nec derisionem populi. similiter nec peccator et istud manifestissimū est in istis mulieribus fatuis. q2 mulieres que sunt caste et virgīes mirabiliter verecūde sūt sed postq̄ ceperūt peccare ꝛ esse fatue nullā vereccundiā

nec derisionē timēt. vñ dicitur iere. iii. de aīa peccatrice. in via sedebas expectans eos quasi latro in solitudine et polluisti terrā in fornicatōnibꝫ tuis. frons meretricis fa cta est tibi noluisti erubescere. ¶ Terciū est qꝛ cū stultus sit: reputat se sapientē. vñ demoniacus stultissimus ē. qꝛ eos qui custodiūt eū et castigāt mordet dentibus ¶ Pre terea ipse gaudet et ridet de malis operibus suis de qui bus flere deberet: ita quilibꝫ pccōr cū sit stultissimus re putat se sapiētē. qꝛ quicquid facit videtur sibi bonū et ꝙ totū bonū facit. vñ iere. iiii. sapiētes sūt vt mala faciant: bene aūt facere nescierūt. vere ipsi sūt demoniaci: qꝛ illos qui se arguūt ⁊ castigāt odio habēt: et mordent dētibꝫ de tractōis in occulto sic̄ serpētes. vñ eccle. ix. si mordet ser pens ī silētio nichil eo minꝰ habꝫ ꝙ qui detrahit occulte. Preterea ipsi gaudēt de eo de quo deberent flere. s. de ma lis opibꝫ suis. vñ ꝓuer. iiii. gaudēt cū malefecerit ⁊ exul tāt in rebꝫ suis pessimis ¶ Quartū est ꝓpter garrulita tē ⁊ istabilitatē. ita pccōr garrulus ē ⁊ istabilis. qꝛ mō va dit ad tabernas: mō ad choreas: mō ē in spectaculis: modo huc mō illuc. vñ treñ. i. peccatū peccauit hierusalē: ꝓpter ea istabilis facta ē. et ꝓuer. vii. dr̄ de muliere fatua: quia garrula est et quietis impatiens: nec valet cōsistere ī do mo pedibus suis: nūc foris: nunc in plateis. per istū demo niacū gº quilibet peccator significatꝰ ⁊ per illud demoni um quodlibet peccatū mortale.

¶ Demoniū quadruplex faciēs hoiem mutū.

¶ Sed sciendū ꝙ quadruplex ē demoniū qd̄ facit peccato rem mutū et cecū oculis. Primū est iuidie. Isto occupa tus fuit saul. vt habetꝰ. i. re. xv. vbi spiritus domini reces sit a saul et exagitabat eū spiritus nequā. illud demoniū est inuidie qd̄ facit hoiem mutū. qꝛ nūꝗ̄ īuidus pōt bonū dicere de aliis. similiter facit eū cecū. qꝛ inuidus non pōt bene respicere illū rectis oculis cui inuidet: quādo aliqd̄ bonum facit. et illud manifestum est. i. re. xviii. vbi mulie res dicebant ꝙ dauid percussit decē milia et saul mille ꝙ rectis oculis saul dauid ñ respiciebat a die illa et deinceps

pōt figurari per mutū illū de quo dicit᷑ mat. ix. magister attuli ad te filiū meū habētē spiritū mutū ⁊c̄. et per illuȝ de quo dicit᷑ mat. vii. adducūt ei surdū et mutū ⁊c̄. ad deum adducit᷑ pctoꝛ ꝑ contritōnē: sed tūc locutio ei reddit᷑ vn̄ dn̄s cōfitēdi dat ei gratiā. mutus nō debȝ esse ad hoc: sed dȝ remouere illos duos nodos ab oꝛe suo quibȝ eū diabolus inodauit. s. pudoꝛē peccati et timoꝛē sacerdotis et hoc ē qd̄ dicit spūssanctus eccle. v. non cōfundaris dicere verū ꝓ aīa tua. et postea dicit. nec accipias facieȝ contra faciē tuā. s. erubescēdo et timēdo sacerdotē tuū. ¶ Secūd est ab oꝛatione et grāꝝ actōe. q2 sicut dicit᷑ eccle. xv. non est speciosa laus in oꝛe peccatoꝛis. ad hoc fuit mutus zacharias pater iohānis baptiste a dn̄o nō a diabolo. eo ꝙ n̄ credidit angelo. et hoc vsqȝ ad tēpus illud in quo natus ē iohēs vt hētur lu. i. similitēr ad hoc multi sūt muti donec iohēs. i. grā dei in coꝛdibus eoꝝ nascatur. ¶ Tercium est a pꝛedicatōe et ꝓximoꝝ edificatōe. vt pꝛelatos et pꝛedicatoꝛes multos. q2 ꝓiecit ranūculā in oꝛe eoꝝ. dicitur enī ꝙ ranūcula ꝓiecta in oꝛe canis nō sinit eū latrare: q2 semꝑ ipsa nitit᷑ exire et ipse vult eā semper deglutire. hec sūt dona et munera et bona cōuiuia que semper ad linguā redeūt et nō ꝑmittūt eis dicere veritateȝ plane. vn̄ de istis dicit᷑ ysa. lvi. speculatoꝛes eius ceci sunt omēs nescierūt vniuersi canes muti nō valētes latrare. ¶ Preterea cōsciencia pctī ꝓꝓꝛii multos facit obmutescere a pꝛedicatōne. vn̄ eze. xviii. dicit dn̄s. scies q2 ego dn̄s vt recoꝛderis ⁊ cōfūdaris ⁊ nō sit ibi vltra aperire. s. pꝛe confusione tua. et tren̄. iii. dicit᷑. cōclusit vias meas lapidibȝ quadris. i. peccatis oꝛis coꝛdis et operis ⁊ cōsuetudinis. ab hᵒ. s. a pꝛedicatōe mutus fuit ysaias. sȝ ipse dixit. ve michi: q2 tacui. isa. v. ¶ Quartū ē a bonoꝝ ꝓximoꝝ suoꝝ cōmēdatōe. ad hᵒ pōt referri illd̄ qd̄ dr̄ in psal. obmutui ⁊ humiliatus sū ⁊ silui a bonis: et iō doloꝛ meus renouatus ē. certe multos adhuc obmutescit diabolꝰ. vn̄ de istis iactat se ⁊ deridet pctōꝛes. isa. xviii. vniuersā terrā cōgregaui et nō fuit qui moueret linguā et aperiret os. ab istis quatᵒ᷑ multi sunt

muti. vñ dolendū est. sꝫ ipsi vere nō sūt muti ad mēdacia et cātilenas diaboli cantādas et inhonesta verba loquēda et ad mala de ꝓximis suis narrāda. isti habēt labia dolosa et diabolū garrulū sub lingua sua qui facit eis loqui talia. sꝫ tales in fine ducūtur cū diabolo patre eoꝝ in īfernū et ibi faciet labia eoꝝ muta. vñ psal. erubescāt et deducantur infernū: muta fiant labia dolosa.

¶ Eicit᷑ diabolus iiiiᵒʳ modis a corde peccōris.

¶ Scdm est videre quo° istud quadruplex demoniū ab hoīe eicit᷑. ¶ Et notand est ꝙ quattuor modis eicit᷑ per quattuor cōtraria. q2 sicꝫ dicit augu. cōtraria cōtrariis curātur. vt calida frigidis ¶ Demoniū īuidie dꝫ eici per caritatē: q2 demoniū iuidie facit hoīnē dolere de bonis aliorū ⁊ gaudere de malis illoꝝ: et caritas (sicut dicit apostolus ro. xii) facit gaudere cū gaudētibus ⁊ flere cū flētibꝫ et. i. corin. xiii dicit ꝙ caritas nō gaudet super īiquitate: cōgaudet equitati. ¶ Itē demoniū accidie dꝫ eici per bonā et cōtinuā opatōnē. vñ dicit hiero. semp bonū op⁹ facito: vt diabolus semper īueniat te occupatū. et certe fugiet a te diabolus ¶ Similiter demoniū cupiditatis ⁊ auaricie debꝫ eici per elemosinaꝝ largitionē. vñ tho. iiii. liberat ab omi peccato elemosina et a morte et nō permittit animas ire in tenebris. ¶ Preterea demoniū luxurie debet eici per ieiuniū et orōnē. vñ mat. ix. dicit᷑ ꝙ hᵒ genus demonii nō eicit᷑ nisi in ieiunio et oratōe. ¶ Itē possum⁹ dicere ꝙ quadruplex demoniū eicit᷑ per dominice passionis recordatōnē. vñ tho. vi. dixit āgelus filio thobie. cordis piscis particulā si super carbones ponas: fumus eius oē genus demonii exterminat. piscis assus christo passo ī cruce ex feruore caritatis qua dilexit nos assimilatur. fum⁹ piscis assi est recordatio dñice passionis qua exterīnat᷑ omne genus demonii. ¶ Tercio mō eicit᷑ demoniū q̄druplicter ꝑ verā et ītegrā et lachrimosā cōfessionē. vñ hiero. reuela ꝑditionē et fugiet a te cōfusus inimicus .s. diabolus sed qñ eicitur demoniū per verā cōfessionē tūc per graciam dei q̄ data ē homini loquit᷑ mutus ⁊ tūc adimpletur

quod dr ysa.xxv. aperta erit lingua mutoꝝ: qꝛ scisse sūt aque in deserto.i.grē ł lachꝛime. ¶ Preterea vidēdū ē quid debeat loq̄ ille qui fuerat mutꝰ postq̄ curatꝰ a demonio.

¶ Quinqꝫ verba debet loqui qui pꝛius fuerat mutus. Et notand est ꝙ quinqꝫ verba.s.verba vere cōfessionis: verba deuote oꝛatōis:verba grāꝝ actionis de bonis a deo collatis et verba exhoꝛtatōis ⁊ edificatōis ⁊ verba cōsolatōnis.hec sunt quiqꝫ verba de quibꝫ dicit aposto.i.coꝛ.xiiii. In ecclesia volo meo sensu loqui quiqꝫ verba.sed ista verba non pōt homo a se nec per se loqui: nisi filius dei qui ē vera sapiā dei patris aperiat os eius.vñ sapi.x.sapiā aperuit os mutoꝝ et linguas infātiū facit disertas. ¶ Tercium est videre q̄ sūt ille turbe q̄ ex hꝰ admirātꝰ ꝙ mutꝰ loquebatꝰ. ¶ Iste turbe pñt dici demones mali hoīes pccōres:boni hoīes penitētes ⁊ angeli nos custodiētes. demones admirātꝰ de eiectōe eoꝝ et subita cōuersione pccōꝝ ad deū ⁊ ex hꝰ dolēt ⁊ tristātꝰ ⁊ ex admiratōe dicūt illd mat.viii.quid nobis et tibi iesu fili dauid:cur venisti huc ante tēpus toꝛquere nos? Itē mali admirātur ⁊ ex hꝰ sepe ad penitētiā faciēdā cōuertūtꝰ. ¶ Itē et ipsi boni angeli ex hꝰ admirātꝰ et de cōuersione peccatoꝝ ad deū exultāt et letātꝰ.vñ lu.xv.dñs iesus dicit. gaudiū erit āgelis dei super vno pccōꝛe penitētiā agēte.agamus gꝰ penitētiam vt faciamꝰ demones tristes ⁊ pccōꝛes cōuerti ⁊ angelos gaudētes et vt in fine possimꝰ cū ipsis gaudere ⁊ habitare in regno celoꝝ.gaudeamus: qꝛ dicit dñs mat.vi. penitētiā agite:appꝛopinquabit vobis regnū celoꝝ. Istud regnū cōcedat nobis chꝛistus.Amen.

¶ Dñica quarta in quadꝛagesima.sermo xxi.

Est puer vnus hic qui habet quiqꝫ panes oꝛdeaceos ⁊ duos pisces.io.vi. ¶ In isto euāgeº tria possumꝰ cōsiderare. ¶ Pꝛimū ē quid p puerū istū significatꝰ. ¶ Scdꝫ quid significēt quiqꝫ panes oꝛdeacei et duo pisces quibꝫ quiqꝫ milia hoīnū reficiūtꝰ. ¶ Terciū est quid significēt duodecim copbini fragmētoꝝ qui ex quinqꝫ panibus et duobꝫ piscibus colligūtur.

¶ Puer dicitur christus ꝓpter tria.

Puer iste primo pōt dici christus. et bn̄ dr puer christus ꝓpter tria. ¶ Primū est ꝓpter vite puritatē. vn̄ ille solus pōt dicere illd puer. xx. puer sum a pctō mūdū ē cor meū. vn̄ ysa. liii. qui peccatū nō fecit: nec inuētus ē dolus in ore eius. de isto puero dicit deus pater mat. xii. ecce puer meus quem elegi: dilectus meꝰ in quo michi bn̄ cōplacuit aīe mee. et de isto puero cātat ecclesia in die sue natiuitatis. puer natus est nobis et fi. da. ē no. ysa. ix. ¶ Scdm est ꝓpter eius veritatem. qr puer verax ē. et ipse christus verax fuit semper. vn̄ mat. xxiii. dicūt pharisei. magister scimus qr verax es ⁊ viā dei i veritate doces. deꝰ ipē verax fuit. qr semper ipē ē et fuit veritas. io. xiiii. dicit ipsemet de seipso. ego sum via veritas et vita. vn̄ psal. veritas de terra orta ē. s. de beata virgine. ¶ Terciū ē ꝓpter benignitatē. qr puer ita beignꝰ ē ꝙ cito iiurias sibi illatas remittit. ita fuit iesus benignꝰ. qr cito iiurias sibi illatas a iudeis eis remisit et ꝓ eis orauit. vn̄ lu. xxiii. pater ignosce eis: qr nesciūt quid faciūt. ¶ Preterea ita benignꝰ ē ꝙ ita cito et ꝓ mimo placatr pctōribus: et eos tācito ad pniam recipit. vt pz in magdalena. lu. vii. ⁊ in filio ꝓdigo. luce. xv. et in latrone qui suspensus fuit. lu. xxiii. puer go iste iesus ē et habet quinqꝫ panes ordeaceos.

¶ De quinqꝫ panibus.

Quinqꝫ panes isti pn̄t dici quiqꝫ vulnera eius de quibus optime reficiūtr amatores eius. s. penitētes. hi spūaliter pn̄t dici quiqꝫ lapides quos dauid de torrēte potionis accepit et misit in perā corporis sui et sic deuicit goliā. i. diabolū. mō in ista media quadragesima hora ē coēdendi veris penitētibus et vere christū diligētibus de istis quiqꝫ panibꝫ: qr mō ē quasi meridies. iuxta illud canti. i. indica michi vbi pascas vbi cubas in meridie. ¶ Duo pisces possunt dici btā virgo et latro qui a dextris eius positus fuit. Isti duo ex fide in oibꝫ prestiterūt. ¶ Duodecim cophini. fragmētorꝫ pn̄t dici duodecī articuli fidei christiane l' duodecim apostoli qui predicauerūt fidē christi per totū

mundũ. moraliter p istũ puerũ significat[9] quilibet iustus qui dꝫ esse sicut puer ꝓpter tria predicta scꝫ propter vite puritatē: ꝓpter veritatē ⁊ benignitatē. de istis q̃re in illo sermone. Puer ihũs crescebat ⁊c̃. ¶ Iste puer dꝫ esse quilibet iustus. et h° ꝓpter septē ꝓprietates alias a predictis ¶ Prima ē ꝓpter castitatē. puer cast9 ē et nō sentit mot9 carnis: ita quilibet iustus dꝫ esse puer ⁊ hēre castitatē q2 sicut btũs grego. castitas facit appropinquare deo: g° luxuria facit elōgare a deo. et apost. hebre. xii. pacē sequimini cũ omnibus et sanctimoniā: sine qua nemo videbit deum. ¶ Secūda ē ꝓpter hũilitatē. puer humilis ē: libēter sedet in puluere et in cinere: ita quilibet iustus dꝫ esse hũilis et habere hũilitatē. sꝫ qui vult hēre humilitatē dꝫ sedere in puluere ⁊ in cinere. quod bñ facit qui cōsiderat suā fragilitatē et mortē. hoc bñ faciebat abrahā qui dicebat gen. xviii. loquar ad dñm meũ cũ sim puluis et cinis. In puluere notat' cōsideratio fragilitatis: in cinere memoria mortis. qui g° vult verā hũilitatē hēre ipse dꝫ sedere in cinere ⁊ memoriā mortis habere. et maxie in puluere p cōsideratione sue fragilitatis. et ideo ysa. lviii. dicit[9]. descende: sede in puluere filia babilonis. i. o aīa supba filia confusionis eterne p supbiā descēde. i. humilia te et sede in puluere. i. cōsidera fragilitatē tuā: si vis bñ humiliari. ¶ Tercia est ꝓpter mutuā caritatem: q2 pueri mutuo se diligũt. in hoc notat[9] mutua caritas. vñ eccle. xiii. omne animal diligit sibi simile. et quilꝫ iustus ⁊ bonus christianus dñt hēre inter se mutuā caritatē. vñ. i. pe. iiii. estote prudētes et vigilate et mutuā caritatē habētes. q2 sicut dicit beatus augu. vita nostra dilectō ē: odiũ mors ⁊c̃. et sequit[9]. nichil deo specialius virtute dilectionis. vñ apost. col. iiii. super oia caritatē habete. quod est vinculũ dilectōis. ¶ Quartũ est ꝓpter largitatē. puer est largus. puer vero libēter dat de pane suo sociis suis et etiā canibus: et quilibet iustus ſm ꝙ pōt debet esse largus in elemosinarũ largitōe. vnde tho. iiii. si multum tibi est: habundāter tribue. si exiguum: illud libēter impartiri stude. et subiūgit postea ra

tionē: dicēs ꝙ elemosina liberat a peccato ⁊ nō permittit aīas ire in tenebras. et puer. xxii. victoriā et honorē acquirit qui dat munera. certe si pueri libēter dāt de pane suo canibus: ⁊ quilibꝫ christianꝰ debꝫ libēter dare de pane suo aliis christianis. et maxime christi paupibus. tales faciūt thesaurū ī celo: qđ nō pñt amittere. vñ mat. v. thesaurisate vobis thesauros in celo quos nec erugo nec tinea demollitꝛ ¶ Quarta ē pꝑter obediētiā. qꝛ puer libēter ⁊ statim obedit parētibꝰ suis. i hº notatꝛ vera obediētia. similiter quilibet iustus dꝫ libēter ⁊ statim obedire supiorībꝰ suis et talis vere ē obediēs. vñ bñ et vere obediēs mādatū non pcrastinat: sꝫ parat aures auditui pedes itineri et manꝰ operi et se totū intrare cogit: vt peragat mādatū imperātis. et aposto. hebre. xiii. obedite prepositis vestris ꝛc̄. ⁊ i. pe. i. sperate in eā q̄ vobis offertur gratiā in reuelatione christi iesu q̄i filii obediētie ¶ Sexta ē pꝑter patris cōfidētiā. puer eni nō cōfidit in se: sed in patre suo ⁊ ad patrē reportat omnē clamorē: ita quilibꝫ iustus solū deo dꝫ cōfidere. psal. bonū est cōfidere in dño. et iere. xviii. maledictus qui cōfidit in homine: ⁊ bñdictus qui cōfidit in deo Septima est pꝑter hylaritatē. puer hilaris est semper ⁊ quilibꝫ iustus debet esse hilaris semper in oībus operibus suis bonis. vñ eccle. xxviii. diuitis et pauperis cor bonum in omni tpē vultus hilaris. et puer. xvii. animus gaudēs facit etatē floridā corde. sicut dr lu. ix. quicunq; pauperē istū susceperit ī noīe meo: ille me recipit. et isa. xi. scđm aliā trāslatōnē dicitur. ecce puer meus saluabitꝛ ⁊ eleuabitur ⁊ sublimis erit valde. et lu. xviii. sinite paruulos venire ad me: taliū enim est regnum celoꝝ. quicūq; regnū dei vt puer nō receperit: nō intrabit in illud.

¶ Iterū de quinq; panibus.

¶ Secūdū est videre quid significēt isti quinq; panes et duo pisces quibꝰ quīq; milia hoīnū reficiūtur ¶ Primus panis pōt dici panis sacre scripture. vñ mat. iiii. nō ex solo pane viuit hō. bñ dicit. non ex solo pane ꝛc̄. qꝛ vir habet duas naturas. s. naturā corpis et aīe. qꝛ sic natura corpo

ris nō posset diu stare nisi nutriret² pane materiali ꝛ ali
is cibariis: ita nec ipā aīa possꝫ diu stare in bono statu ni
si sustētaret² aliā cibo spūali: qd verbū dicit² ¶ Iste panis ē
ordeaceus. i. durus et austerus. maxime peccatoribꝰ ꝛ di
uitibꝰ lu. vi. ve vobis diuitibꝰ qui habetis cōsolatōnē ve·
strā. et lu. xiii. nisi penitētiā habueritis: peribitis. sed iste
panis sanus est et dulcis. et cōfortās penitētes. vnde eze
xviii. si impius egerit penitētiā de oibꝫ peccatis suis q̄ o
peratus ē: vita viuet et nō morietᷣ. et mat. iii. agite peni·
tentiā: appropīquabit vobis regnū celoꝝ. de isto pane di·
cit prelatis ꝛ curatis. date illis. s. subditis vestris mādu·
care. sꝫ sicut dr̄ treñ. iiii. paruuli petierūt panē et nō erat
qui frangeret eis ¶ Secūdus est operū iusticie. opera iu
sticie sunt declinare a malo et facere bonū et vnicuiqꝫ qd
suū ē reddere. Iste panis ē panis vite. vñ eccle. xv. cibauit
illū pane vite et itellectus ꝛc̄. et mat. v. beati qui esuriūt
et sitiūt iusticiā: quoniā ipsi saturabūt² in gloria eterna.
Tercius est laboris ꝛ pñie. vñ geñ. iii. in sudore vultꝰ tui
vesceris pane tuo. et. iii. re. xix. vbi dicit dñs helie. surge
comede. respexit ꝛ ecce ad caput suū subcinericiꝰ panis ꝛ
vas aque. qui cū surrexisset comedit ꝛ bibit et ābulauit in
fortitudine cibi illius quadraginta diebꝫ ꝛ quadraginta
noctibꝫ vsqꝫ ad mōtē dei oreb. psal. qr cinerē tāq̄ panē mā
ducabā ¶ Quartus est misericordie. vñ ysa. lix. frāge esu
rietī panē tuū ꝛc̄. et tho. iiii. cū esurietibꝰ et egenis panē
tuū comede. de isto pane debēt diuites pascere pauperes
vñ grego. dicit cuilibet diuiti. pasce fame morietē: si non
pauisti occidisti eū. istū panē. s. operū misericordie ꝛc
dñs mat. xxv. esuriui: et dedistis michi māducare ꝛc̄.
Quītus panis pōt dici meōria passionis siue eucharistie
de isto pane. s. eucharistie dicit do. io. vi. panis quē ego da·
bo caro mea ē. ꝛ mat. viii. do vobis panē supsbālē. et dr̄ sup
substātialis: qr sup oēs substātias ē ꝛ sup oēꝫ itelligētiā.

¶ Nota de duobus piscibus.

Itē notād est q̄ fides et spes recte dicūt² pisces. qr sicut
pisces exscamātur et postea comedūtur: ita fides et spes

euacuabūt antequam sacietas habeat. vt habet .i. cor. xiii. Itē duo pisces pñt dici elemosina et oratō. Nā sicut pisces nutrit in aquis et pficit: sic elemosina nutrit et cōualescit in lachrimis superne cōpassionis et oratō in lachrimis pie deuotōnis. et de istis quinque panibus et duobus piscibus reficiūtur quinque milia hoīnū. i. omnes boni christiani qui licite et et bene vtunt quinque sensibus et qui bñ custodiūt illos ab omī occasione peccati.

¶ Quō duodecim cophini duodecim gaudia significāt.

¶ Terciū est videre quid significat per duodecim cophinos. Et sciend est quod duodecim fructus spūssancti qui de illis quinque panibus et duobz piscibus recte colligūt. de qbz dicit apo. gal .ii. fruct9 aūt spūs caritas pax gaudiū patiētia benignitas bonitas lōganimitas etc. ¶ Itez possumus dicere per duodecim cophinos duodecim gaudia significāt quae in paradiso colligūt de illis quinque panibus et duobz piscibz predictis ¶ Primū est de mundi huius exilii liberatione et carceris corpis egressione. eccle. x. de carcere cathenisque egredit ad regnū ¶ Scdm est de diaboli electōe. vñ exo. xv. cātem9 dño gloriose eni magnificat9 ē equū et ascensorē piecit in mare ¶ Terciū ē de periculorum euasione. vñ ysa. xxxv. gaudiū et exultatōnez obtinebūt et fugiet dolor et gemitus ab eis ¶ Quartū ē de malorum dānatione. vñ psal. letabit iustus cū viderit vindictā et de dānatōe babilonis. vñ dr apoca. xviii. exultabunt sup eā sancti apostoli et pphē qñ dñs iudicabit iudiciū eius ¶ Quintū erit de āgelorum ducētiū eos in padiso obuiatōe. vñ mat. xxiiii. mittet angelos suos et congregabit electos suos. Sextū erit de saluatoris et āgelorum aspectu et societate. vñ apo. hebre vlti. ca. accessisti ad montē syon et ciuitatem dei viuētis hierusalē supercelestē et miliū āgelorum frequētātiū ¶ Septimū erit de pulchritudie corpis et claritate. qr post diē iudiciū sicut dr mat. xiii. fulgebūt iusti sic̄ sol in cōspectu dei. illud erit qñ dñs iesus reformabit corp9 nostrū configuratū corpi claritatis sue. phili. iiii. ¶ Octauuz erit de totius boni abundantia et repletōne. psal. re

plebimur in bonis domus tue. et alibi. inquirētes dn̄m nō minuēt² omni bono patrie celestis. hic ē terra fluēs lac et mel. deut. iii. ¶ Nonū erit de omnimoda libertate. vn̄ gal. iiii. que sursū ē iherusalē mater nostra libera ē. et ro. viii. creatura liberabit² a seruitute corruptōis in libertate filiorū dei. ¶ Decimū erit de pacis trāquilitate ⁊ de eterna requie. vn̄ ysa. xxxii. sedebit populus meus in pulchritudine pacis requie opulēta. ¶ Vndecimum erit de manifesta totius trinitatis cognitōe ⁊ visiōe et dilectōe pfecta. vn̄ augu. q2 tūc amabimus: videbimus et laudabimus. et beatus ber. dicit ibi. cognoscimus prīs potētiā: filiū sapientiā spūsancti benignissimā clementiā. et ita habemus illius summe trinitatis summā ⁊ plenā noticiā. et io. xvii. hec est vita eterna vt cognoscāt te solū deū et quē misisti ihesum christū. ¶ Duodecimū erit de istorū gaudiorū possessio[illegible] [illegible]diū vestrū nemo tollet a vobis. Ista gaudia [illegible]s in fine colligere Amen.

[illegible] passione. sermo visesimus secūdus.

[illegible] lapides vt iacerēt in ihesum: ihūs vero [illegible]se et exiuit de tēplo. io. viii. ¶ In verbis [illegible] sunt cōsiderāda. ¶ Primū ē quid ē ihe[illegible] [illegible]ui sunt illi qui eū lapidabant vel volue[illegible] [illegible]cūdū ē videre qui sūt illi a quibz se ab[illegible] [illegible]ihūm abscōdere. ¶ Terciū est videre illud [illegible] ihūs exire. Primū notat² cū dicit². tulerūt [illegible] iacerēt in ihūm. Secūdū notat² cū dicit². ihūs [illegible]abscōdit se. Terciū cū dicit. et exiuit de templo.

¶ Nota qui sunt illi qui lapidāt ihesum.

¶ Primū g° est videre quid ē ihūm lapidare et qui sunt illi qui eū lapidāt vel volūt eū lapidare. Ihesus ē veritas et mīa et largitas et caritas et in ipso fuit summa hūilitas et mūdicia et castitas ⁊ sobrietas illi ei lapidāt ihūm christū qui lapidāt mīam et veritatē: largitatē ⁊ caritatē: humilitatē: castitatē vel sobrietatē. illi g° lapidāt ihesum qui lapidāt veritatē: q2 ihesus est veritas. vn̄ io. xiiii. ego sum via veritas et vita. glosa. interli. ego sum via sine er-

roꝛe querētibꝰ veritas sine falsitate viuētibꝰ vita secura permanētibus. Jesus ergo veritas ē. iesum veritatē lapidat quicquid est cōtrariū et opponit se veritati. vt mendaciū ypocrisis et detractō. vñ io. x. dicitur ꝙ iesus dixit ego et pater vnū sumus: tulerūt lapides iudei mēdaces ypocrite tristes ⁊ detractoꝛes vt lapidarēt eū. et fuit causa quoniā dicebat eis veritatē. similiter dꝛ hic. tulerunt lapides vt iacerent in eū et causa fuit: qꝛ dicebat et pꝛedicabat eis veritatē. ita faciūt hodie multi. ⁊ maxime ypocrite mēdaces et detractoꝛes qñ veritas eis dicitur et annūciatur: scandalizantur et lapidāt eos lapidibꝫ detractōis. ad minus eos qui de viciis illos redarguūt ⁊ dicunt illis veritatē eos odio habēt. vñ amos. v. ca. odio habuerūt coꝛripiētē in poꝛta et pfecte loquētē abhoīati sunt ⁊ dicūt de tali sicut iudei de chꝛisto. vere dicimꝰ ꝙ hic demoniū habet io viii. ¶ Sꝫ sciendū est ꝙ ꝓpter lapidatōes ist[illegible] tēda veritas ad pꝛedicādū per quā aīe a [illegible] scitātur. et hoc optime significatū est [illegible] xi. vbi dꝛ ꝙ qñ dñs voluit ire ī iudeā v[illegible] dixerūt discipuli. rabbi: nūc querebāt [illegible] tu vadis illuc. et tñ nō dimisit ire illu[illegible] zarū qui moꝛtuus erat et sepultꝰ sub [illegible] quatriduanus erat significatur quili[illegible] us est moꝛte peccati moꝛtalis. et sepul[illegible] stinatōis et fetidus coꝛā deo ⁊ angelis ⁊ [illegible] anus est ꝓpter peccati delectatōnē et cōsen[illegible] et cōsuetudinē. ad suscitādū ergo peccatoꝛē a mo[illegible] debemꝰ ire ⁊ debemꝰ denūciare ei veritatē per quā sus[illegible] tatur ab illa moꝛte et nō debemꝰ cessare ānūciare ei et aliis ꝓpter lapidationē detratōis mēdacii: igitur et mēdaces lapidāt veritatē. qꝛ cōtrarii sūt veritati. et ideo dicit psal. perdes oēs qui loquūtur mendaciū. similiter ypocrisis et ypocrite lapidāt veritatē: qꝛ cōtrarii sunt veritati ⁊ exterius ostēdūt speciē sanctitatis: sꝫ nichil habent ipsi iterius de veritate sanctitatis. ipi sūt similes sterqlinio tecto niue qd superius et exterius ē albū et inferius et interiꝰ

nigrū est ⁊ fetidū: ita ypocrite exterius ostēdūt veritatē et sanctitatē: sꝫ interius scdm rei veritatē nichil habēt de sanctitate: sꝫ īterius sūt fetidi. q2 inmūdicia diuersorum pccoꝝ pleni sunt. et io dicit christus mat. xxiii. ve vobis ypocrite qui mūdatis qd deforis est calicis ⁊ parapsidis: et iterius pleni estis rapina et auaricia ⁊ imūdicia. vere pleni sunt auaricia. i. sordib9 pccoꝝ. mūda prius qd intus est ⁊c. dicit christus. similiter detractō l' detractores lapidāt veritatē. et illud optime figuratū est. ii. re. xvii. de semey qui p iugū mōtis gradiebatur cōtra dauid maledicēs ⁊ mittēs lapides aduersus eū. semey interpretat' audi me p quē significat' detractor: quoniā qn vult detractionē de aliquo facere dicit illi cui narrat detractōnē audi me: talia audiui de illo. certe isti detractores bn faciūt se audiri ab illis. ⁊ hodie citius hoies audiunt dicere mala de vicinis suis et de aliis q̄ bona. et isti detractores nū q̄ dicūt bona de aliquo: imo mēdacia adinuenīūt et mala augmētāt et bonū dīnuūt et malū dicūt et tūc aduersus dauid et aduersus christū veritatē lapides mittunt: dum verba aliis narrāt et dicūt q̄ nocere pnt. talibus pmittit dns dānatōnē eternā. isa. v. ve illis qui dicūt bonū malū ⁊c. Itē christus miā est et largitas et largissim9. vt patet in hoc q oibꝫ nobis āgelos suos tradidit ad custodiēdum et ī hoc q dat nobis quotidie bona terre ad nos sustētādū et in hoc spāliter q in fine dedit semetipsum ad nos redimēdū. vn eccle. xxix. gratiā fideiussoris tui nō obliuiscaris dedit aiam suā p te. vere largus ē et in signū largitatis sue voluit manus suas in cruce perforari et habere extensas pūer. xix. man9 suas aperuit inopi et palmas suas extēdit ad pauperē. ¶ Duo not' āt hic. q2 ille dicitur habere man9 apertas cōtra auaroꝝ tenacitatē et manus extēsas cōtra cupidoꝝ rapacitatē. christū largitatē lapidāt cupiditas et auaricia. et maxie auari et cupidi. et illd optime significatū ē. iii. re. xxi. vbi d2 ad litterā q iezabel accepit duos falsos testes qui dixerūt falsum testioniū contra naboth et lapidauerūt eū ex ciuitatem: quia noluit dare vi

neam suā achab regi. spūaliter achab qui interpretat' ap-
p̄hēdens significat dyabolū qui apprehēdit pctōres qn̄
cōsentiūt tētationibꝫ suis ⁊ suggestionibus suis. vere tūc
apprehēdit pctōrē qn̄ cōsentit ei ad faciēdum mortale pec-
catū. vn̄ psal. psecutus ē inimicus aiam meā ⁊c̄. et exo. xv.
dicit pharao. i. dyabolus. psequar et cōprehēdā aiam: diui-
dam spolia: implebit' aīa mea. psequit' dyabolus pctōrē p
suggestionē: apprehēdit eū p cōsensum et delectationē. di-
uidit spolia qn̄ peccator facit peccati opationē. sꝫ aīa eius
implebit' p peccati cōsuetudinē. Rex achab dyabolus est
qui ē rex sup oēs filios supbie. iob. xl. per naboth qui con-
cludēs interpretat' significat' quilibet iustus qui dꝫ con-
cludere dyabolo. et tūc cōcludit bn̄ ei qn̄ tētationibꝫ suis
nō cōsentit: sꝫ de illis bn̄ se defēdit. per vineā naboth signi-
ficat' q̄libet aīa fidelis q̄ debet portare vinū cōpunctōis.
de ista vinea dicit' ysa. v. vinea dn̄i exercituū domus isra-
hel. Istā vineā desiderat dyabolus multū. vn̄ gen̄. xiiii. di-
xit rex sodomoꝝ p quē significat' dyabolus. da michi aias
cetera tibi tolle. Istā vineā vult auferre naboth. i. cuilibꝫ
iusto et ei pmittit multas delectatōes ⁊ honores et diui-
tias et alia multa. et qn̄ illā nō pōt habere ppter aliquaꝫ
pmissionē: tūc iezabel adducit duos falsos testes qui spū-
aliter iterficiūt et lapidāt naboth et faciūt achab hēre vi-
neā suā. Jezabel iterpreta' fluxus vanus vel sterquiliniū
et significat cupiditatē reꝝ tpāliū q̄ facit corda multoruꝫ
fluere in vanas cogitatōes et in vana desideria et in mul-
ta nociua q̄ ingerunt hominē in interitū et perditionem.
Per iezabel g° cupiditas reꝝ tēporaliū significat'. ¶ Duo
falsi testes pn̄t dici amor retinēdi ⁊ ardor acquirēdi Ista
iezabel. i. cupiditas q̄ est regina iferni p istos duos falsos
testes scꝫ p amorē retinēdi ⁊ ardorē acquirēdi lapidare
et interficere spūaliter vult naboth. i. viruꝫ iustum et ita
christum in mēbris suis ⁊ facit vineā suam. i. animā fidelē
habere achab. i. dyabolo ¶ Itē christ9 est caritas. i. io. iii.
deus caritas est. sed inuidia et odium inuidi et odiosi la-
pidant christū caritatē in mēbris suis: q2 lapidabāt habē

tes caritatē. vñ actuū. vii. dicit᷑ q̄ iudei per inuidiā lapi-
dauerūt beatum stephanū plenū fide et gratia ⁊ spūsan-
cto ¶ Itē in christo fuit sobrietas ⁊ castitas. vñ ipē solus
pōt dicere illō puer. puer sum: a pctō mūdū est cor meū
ipē totus mūdus ē: q2 nūq̄ fecit peccatū nec iuēt᷒ ē dol᷒
in ore eius. vt hēt᷑ ysa. liii. christi castitatē in mēbris eius
lapidāt luxuriosi et sobrietatē gulosi. castitatē amittere
et sobrietatē excedere ē christū lapidare ex seipso spūali-
ter. ¶ Item christus huīlis fuit mat. xi. discite a me: q2 mi
tis sum et huīlis corde. christū huīlē lapidant itra se qui
superbi sunt per suam superbiam. et ipsi superbi spūali-
ter lapidāt huīlitatē. sed hᵒ nō deb3 facere iustus: s3 poti
us supbiā diaboli et ipsū supbū diabolū per verā huīlita-
tē lapidare debet. sicut fecit dauid. i. re. xvi vbi dicitur q̄
dauid elegit quinq3 lapides limpidissimos de torrēte in
peram pastoralē quā habebat secū: tulitq3 vnū lapidē et
fūda iecit circūducens percussit philisteū in fronte et īfi
xus ē lapis in frōte eius et cecidit in faciē eius. per istos
quinq3 lapides significāt᷑ quinq3 cōsideratōes de quibus
pueīt huīlitas qua lapidat᷑ superbia ¶ Prima ē cōsidera
tio ppꝛie fragilitatis. Scda ē vite nrē breuitatis. ⁊ nati
uitatis ꝯsideraᵒ. ¶ Tercia ē cōsideraᵒ mortis. d̄ istis trib3
d2 iob. xxx. cōparatus sum luto et assimilatus sum fauille
et cineri. cōparat᷑ hō luto per consideratōnē sue natiuita
tis ⁊ fragilitatis. fauille per cōsideratōnem vite breuita
tis. cineri per cōsideratōnē mortis. ¶ Quarta ē cōsidera-
tio ppꝛie īiquitatis. vñ psal. huīliati sunt in īiquitatibus
suis. et puer. xii. meror in corde viri huīliauit eū. ¶ Qui-
ta est cōsideratō christi humilitatis saluatoris nostri. vñ
isa. xvii. īclinabit᷑ hō ad factorē suū. i. ad consideratōnē fa
ctoris sui īclinati et humiliati. ex isto lapide pꝛopꝛie lapi
dat᷑ golias. i. diaboli superbia q̄ vult hodie oēs filios isra
hel superare et cōtemnere. veritas ergo a detractorib᷒ la
pidat᷑. et et ypocrisi misericordia et largitas ab auaris et
cupidis et castitas a luxuriosis sobrietas a gulosis cari-
tas ab īuidis et odiosis ⁊ humilitas a supbis. sed certe in

fine detractores et auari 2c. lapidabūt in iferno a demonibus lapidibꝫ vite eterne. vñ eze. xvi. adducam super te multitudinē demonū et lapidabūt te lapidibus et cruciabūt te gladiis o aīa superba et auara et cupida et inuida gulosa et luxuriosa 2c. ¶ Scdm est videre a quibꝫ se abscōdit christus ¶ Et sciend est q a detractoribꝫ ab ypocritis auaris cupidis inuidis gulosis luxuriosis et superbis vñ deut. xxxii. abscōdā faciē meā ab eis et cōsiderabo nouissima eoꝝ. et vere ab istis abscōdet se dñs in finē. q2 isti post mortē eū querēt et eū inuenire non poterūt. io. vii. queretis me et nō inuenietis. ratio est q2 tales nūq intrabūt in regnū celorū. vnde aposto. i. corin. vi. an nescietis quia iniqui ⁊ superbi ⁊ discordes nō possidebūt regnū dei: nolite errare: q2 nec fornicarii nec ydolis seruiētes nec adulteri nec molles nec masculoꝝ cōcubitores neqꝫ auari neqꝫ ebriosi neqꝫ maledici neqꝫ rapaces regnū dei possidebūt. Ab istis abscōdit se dñs et in fine eū inuenire nō poterūt. Siliter abscōdit se ab illo qui abscōdit se ab eo et celat peccatū suū et excusat se sicut fecit adam gen. iii. quādo peccauit abscōdit se adā et vxor eius a facie domini in paradiso ⁊ excusauit se d. domine: mulier quam dedisti michi sociam dedit michi de ligno et comedi. et mulier excusauit se similiter d. serpens decepit me. certe ab istis abscōdit dñs faciē suam: q2 abscōdunt et excusant peccata sua et nolūt confiteri. Isti nūq veniēt ad misericordiā dei nisi illa cōfiteantur si tēpus habent cōfitendi ea. vnde prouer. xxviii. qui abscōdit scelera sua nō dirigetur: qui autē cōfessus fuerit pccā ⁊ dereliquerit ea misericordiā cōseqtur. vñ psal. iniusticiā meā nō abscōdi. dixi confitebor aduersū me iiusticiā meā. ¶ Terciū ē videre quid ē tēplū illud a quo dicit christus exiisse et ppter quid exit ab illo tēplo et h° notat cū d2. et exiuit de tēplo. ¶ Templū illd est corpus cuiuslibet iusti et quelibet aīa fidelis. vñ apostolus. i. corin. iii. nescitis q2 templum dñi estis vos: summus sacerdos istius tēpli est iesus christus qui ibi hitat per suā grām. vnde aposto. hebre. vii. hic est melchisedech

71

rex hierusalē sacerdos summi dei. de isto templo exit christus ꝓpter tria nec intrat ibi nec habitat per suā gratiā. Primū est ꝓpter imūdiciā peccati mortalis ⁊ pollutionē vnde sapi. i. in maliuolā aīam nō introibit sapientia. i. filius ⁊c. et beatus petrus dixit christo. exi a me domine qꝛ homo peccator sum. lu. xi ¶ Scdm est propter parrochianorū incorrigibilitatē. parrochiani templi cordis pnt dici gemitus et bona suspiria et bone cogitatōes ⁊ sancta desideria et sancte affectōes aīe. sꝫ quādo desideria sūt mala et illicita et cōtraria spiritui ⁊ cogitatōnes male sunt et peruerse ⁊ immūde: tūc ab illo tēplo exit christus. sap. primo. peruerse cogitatōes separāt hoīnē a deo. et ibidem dicit[2] ꝙ spūssanctus effugiet fictū. i. peccatorem ⁊ auferet se a cogitatōibus qn̄ fuerit sine intellectu. ¶ Terciuꝫ est ꝓpter sanguinis effusionē. sanguis effusio spiritualiter pōt dici ira mala et odiū et rancor et discordia. qꝛ ex istis sepe fit effusio sanguinis. sꝫ quādo ira mala ⁊ rācor et discordia sūt in corde viri: tūc dyabolus ibi venit et dominus ab illo tēplo recedit ⁊ exit. ideo dicit aposto. ephe iiii. irascimini et nolite peccare: sol nō occidat sup irā vestrā. nolite dare locū dyabolo. et ibidē. nolite contristari spiritū dei: in quo signati estis. et ideo dicit grego. super illud. dū ira animū pulsat spiritui sancto perturbat habitatōnē. imo eū expellit et dyabolū introducit. quia sicut in pace factus est locus eius. scilicet dei (vt habet[2] in psal) ita in ira et odio factus est locus diaboli. propter ista tria de isto tēplo exit dominus nec voluit ibi intrare nec habitare p suā gratiā. vn̄ sicͭ sacerdos (qn̄ ē polluta eccīa sua vel qn̄ parrochiani sūt incorrigibiles) exit ab eccīa sua et sicͭ sacerdos (qn̄ in eccīa sua factū ē homicidiū vel effusio sāguis) nō itrat ad celebrādū dīna: donec recōsiliata fuerit. ita christ[9] ꝓpter ista tria exit a tēplo viri iusti nec intrat illō donec recōciliet[2] dō patri p confessionē verā et p bonā pn̄iaꝫ. de ista recōsiliatōe dicit spōsus spōse cāti. i. o sclēt[2] me osclō cordis sui. h° fit p verā pn̄iaꝫ et cōfessionē vt sponsa sponso suo recōsiliata ē per veram penitentiam

recōsiliata est q̄libet aīa peccatrix. vñ eze. xviii. si impius egerit pniam de omnibus pctis q̄ opatus ē: iudiciū et iusticiā fecerit: vita viuet et morte nō morietur et omniū iniquitatū eius nō recordabor āplius. quia iā talis michi recōsiliatus ē p verā pniam et tūc in tēplo suo itrat hic p gratiā. in futuro dabit ei regnū celoꝝ. et iō dicit christus mat. iii. agite pniam: appropinquabit vobis regnū celorū. Illud regnū nobis cōcedat christus Amen.

De eodem.

Qui ex deo est verba dei audit. io. viii. In isto euāgelio istruit nos dñs noster ihūs christus nō verbo solū sz exēplo. Et notādū est q in sex docet nos christus. Primū ē q illi qui sunt ex deo ꝛ filii dei libēter dñt verbū suū audire. Secundū est q verbū seruatū facit mortē eternā vitare. Terciū est q crimē nobis impositū possumus negare: sz nō debemus pter hº cōtumeliā reddere. Quartū est q nō debemus de bono ope gloriam q̄rere. Quintū est q nō debemus mētiri. maxie in his que ptinēt ad salutē aīe: sz semp debemus veritatē dicē. Sextū est q incorrigibiles debemus ad horaꝫ dimittere. Primū g° est qui ex deo ē libēter verbū suū dꝫ audire. et hoc notatur cū dicitur. qui ex deo ē verba dei audit. glo. dicit. per viciū nō sunt peccatores ex deo qui p naturā sunt ex deo. qui g° ex deo est p naturā et per fidē verba dei audit: sz ita ē q quilibet christianus fidelis est ex deo.

Audire debemus libēter quattuor verba christi.

Et notandū q quattuor verba q̄ deus vel christus docuit et locutus fuit in terra dꝫ quilibꝫ fidelis libēter audire quoniā sunt ad salutem aīe eius. Primū verbū est pnie. et hoc tanq̄ filius verbū patris regnū sibi pmitētis. ab isto incepit predicatio christi mat. iiii. agite penitentiā: appropinquabit vobis regnū celoꝝ. similiter ab isto verbo incepit predicatio beati iohānis baptiste mat. iii. in diebus illis venit iohānes baptista predicās i deserto iudee dicēs pniam agite appropiquabit vobis regnū celoꝝ. glo. i. prima virtus ē per penitētiā veterem hominē et vicia odire.

et sicut dicit glo. penitẽtia dicit a puniẽdo. qua quilibz punit qd illicite cõmisit. similiter a verbo penitẽtie incipit predicatõ petri. actu. ii. penitẽtiã inquit agite ⁊ baptizet vnusquisqꝫ vestrũ in noĩe iesu in remissionẽ pctõꝝ. Primũ g° qd debet libenter audire ẽ penitẽtie verbũ. qꝛ penitẽtia facit aĩmã mortuã per peccatuz mortale viuere vita gratie. vñ eze. xviii. si impius egerit penitẽtiã de oĩbus pctis q̃ operat⁹ fuerit: vita viuet nec morte morıet. et lu. xiii. dicit christus. nisi pniaz egeritis oẽs siĺ: peribitis ¶ Scdm verbũ est verbũ iusticie. et ẽ verbũ iusticie illud qd dñs dicit mat. vii. oĩa q̃cũqꝫ vultis vt faciãt vobis hoĩes eadẽ facite illis. hec ẽ enĩ lex et ꝓphete spũaliter ĩtellecta. ¶ Sz sciend est vt dicit glo. ꝙ volũtas hic tãtuz dicit de bonis. certe illd verbũ est verbũ iusticie vt quilibet faciat aliis oĩa scdz q̃ vult vt alii sibi faciãt. iustũ est enĩ ꝙ sicut volo ꝙ ꝓximus meus diligat me vt ego eũ diligã et sic de aliis. siliter iustũ ẽ ꝙ sicut ego vellẽ si paup essem ꝙ ꝓximi mei diuites michi cõpaterẽt et largirẽtur de bonis suis: ita et ego cũ sim diues ⁊ ꝓximi mei paupeperes: debeo hẽre cõpassionẽ de ipsis et largiri eis de bonis meis. Ista iusticia sumpta ẽ d lege nature ⁊ ẽ scripta in corde cuiuslibz viri iusti. de ista iusticia põt dici illud mat. v. btĩ qui esuriũt ⁊ sitiũt iusticiã: quoniã ipĩ saturabũt. certe istã iusticiã face ẽ fructũ iusticie seĩnare. qꝛ in pace seiã. vñ dꝛ iaco. iii. fruct⁹ iusticie ĩ pace seiã. de q° isa. xxxii. ⁊ erit opus iusticie pax. Illud verbũ iusticie dꝫ q̃libz audire tãq̃ bon⁹ suus verba dñi sui iusticiã erudiẽtis ¶ Terciũ verbũ ẽ verbũ mĩe ⁊ illd ẽ ĩ duobꝫ iniurias sibi illatas dimittẽdo et de boĩs sibi a deo collatis christi paupibus largiendo. de hoc dꝛ lu. vi. estote misericordes sic ⁊ pater vester mĩsicors ẽ. dimittite ⁊ dimittet vobis date et dabi vobis. dicit. dimittite ⁊ dimitte vobis. ecce magnũ forũ qd ꝓmittit nobis. si dimittam⁹ aliis ĩiurias nobis illatas: dimittentur nobis pctã nostra. certe hñ oẽs iniurias sibi illatas deberẽt dimittere qui intelligerent illd verbũ quod dicebat christus in cruce. pater dimitte

illis: quia nesciūt quid faciūt. lu. xxiii. iudei iniqui prius
clamauerūt et dixerūt pilato. crucifige crucifige eum et
ipse christus agnus dulcissimus i cruce positus ecōtrario
dicebat. pater dimitte illis: qz nesciūt quid faciūt. In h°
adimpletur qd dixit ysa. liiii. p trāsgressoribus suis rogabat
certe qui illd bene cogitaret: ego credo q oēs iiurias sibi
illatas pppter amorē iesu christi libēter dimitteret. ¶ Se
cūdū ē qd dicit. date et dabitur vobis similiter ecce mag
nū forū: qz pmittit eterna p tēporalibus dicēs. date tem
poralia et dabitur vobis vita eterna. talis qui libēter dat
paupibus feneratur deo. vñ puer. xix. qui miseretur paupe
ribus feneratur deo. vere feneratur per hoc domino qz per
hoc acquirit diuitias eternas et ditior fit etiā in h° secu
lo de diuitiis tpālibus. vñ puer. xi. alii diuidūt ppria et
ditiores fiūt. alii rapiūt aliena et semper in egestate sūt
Illud verbū dz quilibet audire libēter tanq filius verbū
patris vel matris eū cōsolātis. vnde ysa. xlix. nūquid pōt
mater obliuisci infantē vteri sui: et si oblita tñ illius fue
rit: nō tñ obliuiscar tui. et eccle. iiii. miserebitur tibi magis
q mater. vere ille misericordiā habebit qui misericordiaz
habet de pauperibus. mat. vi. beati misericordes: quoniā
misericordiā cōsequētur. ¶ Quartū est verbū māsuetudi
nis et humilitatis sanctissime. illud verbum debz audire
tāq discipulus bonus verbū magistri sui boni eū dulciter
erudiētis. mat. xi. discite a me: qz mitis sū et humilis corde
et vos similiter humiles mētibus et mites moribus. humiles mē
tibus: vt neminē cōtēnatis qz humilez spū suscipiet gloria.
puer. xxix. et similiter sitis mites moribus: vt neminē ledatis
vel alicui noceatis. qz dz mat. v. beati mites: quoniaz ipsi
possidebūt terrā. s. viuētiū. hec iiii°r. verba christi dz qui
libz fidelis audire. qz dz mat. v. verba christi sūt verba vi
te eterne. 7 io. vi. dñe ad quē ibimus. q. d. nisi ad te q verba
vite eterne habes. 7 iō dicit verus salomō. i. christus pacifi
cus. puer. iiii. audi fili mi et suscipe verba mea vt multi
plicētur āni vite tue. Scdz ē qz verbū dñi suatū facit mor
tē eternā vitare. 7 h° notatur cū dz. q suauerit smonē meū

nõ gustabit morté in eternũ. vere dz quilibz servare verbũ dñi in corde suo. qz illi qui hº faciũt sũt a christo beati lu. xi. beati qui audiũt verbũ dei ꝛ custodiũt illð. ¶ Preterea qui custodiũt illð vitã eternã hẽbũt. vñ pver. iiii. dicit verꝰ salomõ. fili ausculta sermones meos et ad eloq̃a mea iclina aurẽ tuã ꝛ custodi ea in medio cordis tui. vita enĩ sũt scilicet eterna ĩueniẽtibus ea. certe qui christũ diligit libẽter eiꝰ sermonẽ servat. io. xiiii. qui diligit me sermonẽ meũ servabit. ¶ Terciũ est ꝙ crimẽ nobis impositũ possumus negare: sz nullã cõtumeliã debemꝰ reddere. ita fecit christus sicut dr in hoc euãgelio. vnde quando iudei dicebãt nonne bene dicimus nos qz samaritanus es tu et demoniũ habes: et ipse rñdit. demonium nõ habeo. sed ne tacẽdo videatᵘ confiteri hoc fecit ꝑpter credẽtes. In hoc instruit nos christus ꝙ quãdo aliqð crimẽ nobis imponitᵘ ꝙ possumus illð ꝑpter alios negare et dicere. illud falsũ est. sed cõtumeliã aliquã ꝑpter hº nõ debemꝰ reddere. vñ aposto. ro. xii. nolite eẽ prudẽtes apud vosmetipsos nullũ malũ ꝓ malo reddẽtes: sed oĩa sustinete ꝓ amore iesu christi. ita faciebãt aplĩ actuũ. v. ibant apostoli gaudẽtes a cõspectu cõsilii quoniã digni habiti sunt ꝓ noĩe iesu contumelias pati. ¶ Quartũ est qz nõ debemus de bono opere gloriã querere. ꝛ hº notatᵘ cũ dr. eº gloriã meã nõ q̃ro ꝛc̃.

¶ Duo sunt que dñs sibi retinuit.

¶ Duo christus sibi retinuit et quasi ea sibi despõsauit s. vindictã et gloriã. vindictã sibi retinuit. vñ ipẽ dicit deute. xxxii. michi vindictã et ego retribuã. certe stultissimꝰ est qui vindictã vult accipere de iniuriis sibi illatis qz ipse vult de alio vulnere vulnus suũ sanare. ¶ Itẽ qui q̃rit sanitatẽ in alia ĩfirmitate et in alieno malo bonũ suũ: ipẽ est silis illi qui querit ignẽ in aqua et in felle dulcedinẽ. aug. qui de aliena pena q̃rit vindicamẽtũ ipse acq̃rit sibi grãde tormẽtũ. ideo nullus dz sibi vindictã querere sz illã dz deo dimittere. vñ salomõ pver. xx. ne dicas malũ ꝓ malo reddã: sz expecta dñm. s. cui ẽ vindictã sumere et liberabit te a periculo corpis et anime et de luto gehenne.

similiter gloriā sibi retinuit et sibi despōsauit. isa.iii.glo
riā meā alteri nō dabo.qui de bono opere gloriā vult que
rere ipse vult deo quasi vxorē suā auferre.nemo enī debꝫ
de aliquo bono opere vel de aliqua bona virtute gloriā que
rere sꝫ totā gloriā dꝫ ad deū retorquere. vnde iere. ix.nō
glorietur sapiēs in sapiā sua nec diues in diuitiis nec for-
tis in fortitudine sua:sꝫ glorietur in hoc qđ ē nosse me ⁊ sci
re me dicit dn̄s. vn̄ apo.gal.vi. michi absit gloriari nisi in
cruce dn̄i nostri iesu christi. ¶ Quītū ē ꝙ nō dēmus mēti
ri in his q̄ pertinēt ad salutē aīe ⁊ ad veritatē vite. et hoc
notatur cū dr̄. si dixero qꝛ non noui patrē ero similis vobis
mēdax:sꝫ scio eū et sermonē eius seruo. iō nō dēmus mēti
ri in his q̄ ꝑtinēt ad salutē aīe nec ꝓpter bonū temporale.
psal.perdes oēs qui loquūtur mēdaciū.sꝫ veritatē in oībus
et oībus debem⁹ facere ⁊ loqui.et maxīe in pctōꝝ cōfessi
one.vn̄ eccle.iiii.fili:nō cōfūdaris dicere verū ꝓ aīa tua.
et sicut dicitur isa.xxxiii. qui ambulat in iusticiis et loqui
tur veritatē semper(nō semel dicit iterli.glo) iste hītabit
in excelsis ¶ Sextū est qꝛ incorrigibiles debemus ad ho
rā dimittere: sꝫ nō ex toto.et hoc notatur cū dicitur iesus au
tē abscōdit se et exiuit de tēplo.interli.vt humilis abscōdit
se:qꝛ commendāda erat patiētia et nō extendēda potētia
sic a duris cordibus eoꝝ fugit.sed postea dicit discipulis
suis.io.xi.eamus iteruꝫ in iudeam.dicūt ei discipuli. ra
bi:nūc querebāt te iudei lapidare et tu vadis illuc. rn̄dit
iesus.nōne duodecim hore sunt diei.quasi dicat. qui non
corrigitur in vna hora corrigitur in alia.sed qui incorrigibi
les sūt ex toto et in omi tpē debemus dimittere scđꝫ ꝙ di
cit christus phariseis.mat.xv. sinite eos:ceci sunt et du
ces eoꝝ.incorrigibiles enī erāt illi de quibꝫ dicebat iesus
io.viii. ego vado et q̄retis me ⁊ in pctō vestro ꝑmanētes.
dicit iterli. moriemi ⁊c̄. frēs carissimi nō simus icorrigibi
les ex toto sꝫ cōuertamur ad dn̄m deū nostrū quoniaꝫ sic
dicit apo.ii.cor.vi. ecce nūc tēpus acceptabile ecce nunc
dies salutis.et certe si cōuertamur nos per pnīaꝫ ad deū
ipse cōuertetur ad nos per misericordiā suā et suā grāꝫ. vn̄

zacha i. conuertimini ad me p pniam et amorē. Rogemus ergo ipsum christū vt p suā miām ita nos faciat conuerti ad ipsum vt cōuertat' ad nos p suā miām et suā gratiam. quod nobis ... prestare dignetur etc.

Dominica in ramis palmarū. sermo vicesimusquartus.

H b Oc sen[...]tite in vobis qđ et in christo ihesu. phil. ii. ¶ In [...] verbis istis tria sunt cōsiderāda. Primū ē vide[...]re illa q̄ fuerūt in christo q̄ debemus sentire. Secūdū ē [...]ē quo° et ad quid debemus sentire ea q̄ fuerūt in christo [...] saluatore nostro. Terciū est videre illa q̄ impediūt ꝙ nō [...] possumus sentire ea q̄ fuerūt ꝛ sūt i christo.

¶ S[...] sentire debemus tria q̄ fuerūt in christo.

¶ Primu[...] ē videre ea q̄ fuerūt in christo q̄ debemus sentire. Et [...]ciendū ē ꝙ tria q̄ fuerūt in christo notāt' in ista epistola q̄ debemus sentire. ¶ Debemus enī sentire eius hūilitatē et eius obediētiā ꝛ eius passionē. Sētire debemus primo eius hūilitatē et triplicē hūilitatē q̄ fuit in christo debemus sentire hūilitatē scʒ sue incarnatōis: hūilitatē sue cōuersatōis et hūilitatē sue passionis. humilitatē sue passionis debemus sentire. q2 nunq̄ maior fuit hūilitas q̄ ista ꝙ deus homo factus ē p nobis ꝛ ꝙ filius dei in vterū vnius paupis virginis descēdit et ꝙ ibi fuit ꝛ pmāsit et quod nō erat assumpsit. ēte nullā maiorē hūilitatē possʒ hō excogitare q̄ istā quā deus omniū serui formā accipiēs fecit. vñ dicit' hic in epistola. exinaniuit semetipsum formā serui accipiēs. Idē dicit psal. minuisti eū paulominus ab angelis. et apost. hebre. ii. non angelos sʒ semē abrahe apprehēdit ¶ Itē debemus sentire hūilitatē sue cōuersatōis. de ista dicit ipse christ9 mat. xi. discite a me q2 mitis sum et hūilis corde. mitis fuit et ē in pctōꝝ ad pniam vocatōe et eoꝝ receptōe et eoꝝ ad suā miām vocatōe. vñ pʒ in math. xix. de filio pdigo ꝛ de beata maria magdalena luce. vii.

¶ Hūilitas christi quadruplex. ¶ Notādū g° est ꝙ hūilis fuit i tota sua cōuersatōe. et ista hūilitas pōt ondi i qua°'

Primo in hoc q̄ inter pccõres cõuersatus est ꝛ q2 cū illis
mãducare voluit. vñ dicebãt pharisei discipliis eius. mat.
ix. quare magister vester cū pccõribus mãducat et bi[bit]
¶ Secūdo in hº q̄ leprosos ꝓpriis maibus tãgere voluit
qn eos a lepra sua curauit. vñ mat. viii. cū descendisset ie
sus de mõte ecce leprosus veiens et adorabat eū d. dñe: si
vis potes me mūdare. et extẽdens manū suã tetigit eū ie
sus d. volo mundare ¶ Tercio in hº q̄ pauperes socios su
os et discipulos elegit. vñ .i. corin. i. que stulta sūt mūdi
elegit deus: vt confundat sapientes. infirma elegit deus
vt confundat fortia. vnde iaco. ii. nonne deus elegit pau
peres in hoc mundo diuites in fide ¶ Quarto in hº q̄ ãte
passionem discipulorum pedes lauit. io. xiii. si ego laui pe
des vestros dominus et magister: et vos alter alterius d̄
betis lauare pedes. exemplum enim dedi vobis ꝛc̄ ¶ Itẽ
debemus sentire humilitatẽ passionis. de ista dicit psal.
in persona ipsius. ego sum vermis et non homo opprobriū
hominū et abiectio plebis. Ista humilitas potest ostendi
quadrupliciter ¶ Primo in hoc q̄ quasi leprosus reputa
tus fuit et despectus fuit. vñ ysa. liii. et nos reputauimꝰ
eū leprosū et percussum a deo et humiliatū ꝛc̄ ¶ Secūdo
in hº q̄ cū duceret ad crucis patibulū plus q̄ agnus corã
tundente os suū non aperuit: sed patiẽter et huiliter sine
murmuratõe sustinuit. vñ ysa. liii. sicut ouis ad occisionẽ
ducitꝰ et quasi agnus corã se tundẽte obmutescit et nõ a
peruit os suū. ¶ Tercio in hº q̄ cū latronibꝰ suspendi vo
luit et in hoc q̄ pro transgressoribꝫ humiliter exorauit.
vñ ysa. liii. cū sceleratis reputatus ẽ et ipse peccata mul
toꝝ tulit ꝛ ꝓ trãgressoribꝰ exorauit. ¶ Quarto in hº q̄ a
lapas et sputa ĩ facie ꝛ flagella ĩ corpe sustinuit patiẽter
et in hº q̄ vltio vilissimū genus mortis elegit. s. mortẽ cru
cis. q2 in lege maledictus erat qui pẽdebatur in ligno sic
habetur in deute. xxi. de ista totali huilitate christi dicit
aug. sup illō phili. ii. exinaniuit semetipsū serui formã acci
piẽs factꝰ obediẽs vsq3 ad mortem ꝛc̄. humiliauit se chri
stus vsq3 ad incarnationem vsq3 ad mortalitatis humane

75

pticipationē: vſq ad diaboli tentationē: vſq ad populi irrisionē vſq ad sputa et vincula et alapas et flagella vſq ad mortē non quamlibet ſʒ mortē crucis q̄ tūc ignominiosior erat. ecce habemus maxie humilitatis exēplū superbie medicamētū. quid ergo itumeſcis o homo o pellis morticina quid itēdis o iſanies feda quid iflaris priceps tuꝰ humilis et tu ſupbꝰ. capud tuū humile et tu mēbrū ſupbū absit hoc. Scdʒ qd fuit in christo ē quia debemus sentire eius obedientiā. quod notatur hic cū dicitur. factus est obediens vſq ad mortem.

¶ Sentire debemus triplicem obedienciam

¶ Et sciēdū est ꝙ triplicē eius obediēciā debemus sētire Prima fuit q2 obdiens fuit maxie matri sue et ioseph patri suo putatiuo. vn̄ lu. ii. et erat subditus illis. Scda fuit q2 obediēs fuit diabolo. q2 permisit se portare de vno loco ad ad aliū locū vt de deserto supra pinnaculū tēpli et pmisit se tētari multiplici teutatione. vt habetᶻ mat. iiii. ¶ Tercia fuit q2 obediēs fuit deo patri. vn̄. hic dicitᶻ factꝰ ē obe. vſq ad mortē. ¶ Tercio debemꝰ sētire suā passionē et suā mortem. et hoc notatur cū dicitur mortē aūt crucis ¶ Secūdū pricipale ē videre quō debemꝰ illa tria sētire et ad quid ¶ Et sciēdū ē primo ꝙ eius humilitatem triplicē in cordibꝰ nostris debemꝰ habere ad hᵒ vt oēm superbiā a cordibꝰ nostris remoueamus. q2 sicut d2. i. re. xvi homo videt q̄ patēt exterius deus aūt intuetᶻ cor. s. humiiū. et psal. deus humilia respicit ꝛc. vn̄. i. pe v. capi. humiliamini sub potēti manu dei: q2 humilibus dat graciam ¶ Et sciēdū ē ꝙ tria sūt q̄ faciūt hominē habere verā huilitatem. ¶ Primū ē cōsideratio proprie fragilitatis. vn̄. mich. vi. huiliatio tua i medio tui ¶ Scdm ē cōsideratio ꝓprie iniquitatis ꝓuer. xii. meror i corde viri huiliabit eū Terciū cōsideratio huilitatis sui creatoris. vn̄. ysa. xvii. icliābiᶻ homo ad factorē suū. i. ad cōsiderationē creatoris sui inclinati ⁊ humiliati huiliabitur queadmodū aliquis videns dn̄m suū sub scabello pedū suoꝝ de cathedra descēdere d3. de istis gradibus huilitatis quere in illo ſmōe

Tulerũt iudei lapides vt iacerẽt ꝛc̃. ¶ Secũdo debemus sentire triplicẽ eius obedientiam. i. re. xv. melior est obedientia ꝙ̄ victime. sed eius obedientiã debemus sentire: vt ad similitudinem eius bene superioribus nostris obediamus. bonũ enĩ est homini vt sit bene obediẽs. vnd̄ prouer. xxi. vir obediens loquetur victoriã.

¶ Obedire debemus tribus.

Sed sciendũ est ꝙ tribus debemus obedire. ¶ Primo deo actu. v. dicit petrus. magis oportet obedire deo ꝙ̄ hominibus. et ille bñ obedit deo qui precepta eius custodit fideliter sine trãsgressione. et h° oportet facere qui vult ad vitã eternã ĩtrare. mat. xix. si vis ad vitã ĩgredi serua mãdata. ¶ Preterea illd̄ oportꝫ facere qui vult amicus dei esse. vñ io. xv. vos amici mei estis si feceritis que ꝛc̃. sꝫ que sũt illa precepta q̄ debemus custodire ⁊ q̄ precepit nobis hec sũt decẽ precepta legis de quibꝫ dicitur exo. xxv. nõ habebis deos alienos. non assumes nomẽ dei tui in vanũ ꝛc̃. sed super oĩa precepta christus precepit nobis vt viuamus et diligamus inuicẽ. vñ io. xv. hoc ẽ preceptũ meũ vt diligatis ĩuicẽ. ¶ Scd̄o debemus obedire superioribus nostris. vt quilibꝫ religiosus prelato suo ⁊ quilibꝫ laicus sacerdoti suo. vñ apo. heb. xiii. obedite prepositis vestris: ipĩ enĩ peruigilãt quasi rõnẽ reddituri ꝑ vobis et deuter. xvii. aĩa q̄ superbierit obedire nolens imperio sacerdotis decreto iudicis morietur. sꝫ ille sacerdoti suo bñ obedit qui secũdum posse suũ precepta q̄ ĩ eccia facit fideliter custodit. ¶ Tercio debemus obedire parẽtibus nostris carnalibus.

¶ Sẽtire debemus christi passionẽ quinqꝫ modis.

Item tercio debemus sentire christi passionẽ et h° quinqꝫ modis. Primo sensu visus. q2 sepe dẽmus videre oculis cordis christi passionẽ. s. quõ habuit manus clauis perforatas et latus lãcea pforatũ. et hoc ẽ quod dicitur lu. xxiiii. videte manus meas. s. clauis perforatas q2 ipse ego sũ. et treñ. i. o vos oẽs qui trãsitis per viã attẽdite ꝛc̃. similiter debemus sentire sensu visus. q2 lãcea militis apuit latus saluatoris ⁊ ex passione eius dẽmus lachrimari. vñ hiero.

quis pōt trāsire siccis oculis qui respicit ꝙ lācea militis trāsfixit latus saluatoris ¶ Scdo debemus sentire sensu audit⁹ christi passionē et illam bn̄ sentimus auditu qn̄ de illa loqui et predicare audimus. bn̄ sentire debemus sensu auditus illud qd̄ dicebāt ei iudei mat. xix. vath qui destruis tēplū dei ꝛ in triduo reedificas illud ꝛc̄. et illud similiter. si tu es filius dei descēde de cruce ꝛ credimus tibi. et btūs ber. dicit. si tu es fili⁹ dei nūc descēdas de cruce. similit' sentire debemus sensu audit⁹ illud duplicatuꝫ crucifige lu. xxiii. crucifige crucifige eū. et btūs ber. o ꝙ dissimile tolle tolle crucifige eū. et bn̄dict⁹ q̄ venit ī noie dn̄i. o ꝙ dissimile rami virētes et flores ꝛ crux et spine in capite. Itē debem⁹ sentire sensu audit⁹ illud verbū qd̄ dicit vltio. cōsūmatū ē. et iclinato capite emisit spūm. vt habetur io. xix. sicut dicit ber. sup apoc. i. qui hꝫ aures audiēdi audiat scꝫ q̄ et quāta christus passus ē ꝓ nobis vobis relinquēs exēplū vt sequamini vestigia ei⁹. i. pe. ii. nō dicit beatus petrus quid nec quātū passus ē ꝓ nobis. q2 nō ē aliquis qui de facili possꝫ illud narrare. ¶ Tercio debemus sentire sensu gust⁹ famē quā sustinuit ī deserto cū ieiunasset quadragita diebꝫ et quadragīta noctibꝫ vt hēt' math. iiii. similiter debemus sentire sensu gust⁹ sitim quā sustinuit in cruce qn̄ dixit. sitio. et illi obtulerūt ei spōgiā aceto plenā et ysopo ꝛ ipse noluit biber e: q2 nō sitiebat ibi vinū nec aquā. sꝫ salutē aīaꝝ nr̄arū quā sitit semꝑ siue sentit. famē eius coporalē et sitim debemus sentire sensu gustus. et hoc bn̄ sentimus sensu gustus qn̄ facimus gustuꝫ nostrū esurire et sitire. et ēte tales sunt beati. vn̄ lu. vi. beati qui nūc esuritis: q2 saturabimini. ¶ Quarto debemus in corde nr̄o passionē ei⁹ sentire ꝑ cōpassionē ꝛ recordationē. vn̄. treñ. iii. recordare pauꝑtatis ꝛ trāsgressiōis mee absinthii et fellis. et apost. hebre. xii. recogitate eū qui talē sustinuit aduersus semetipsuꝫ cōtradictionē. Item hiero. quātas anxietates ꝓpinat nobis presens tribulatio. parua patimur si recordaremur quid biberit ad patibulū qui nos iuitat ad celū dicēs. venite ad me qui laboratis ꝛ one

rati estis et e° reficiã vos. mat. xi. ¶ Quito debem⁹ cor‑
pore nostro sentire illud. et hoc bene facim⁹ qñ mortifica‑
tõez ei⁹ semp i corpe nostro portam⁹ et hoc ē qd dicit apo
sto. ii. corin. iiii. sep mortificationē iesu in corpe nostro cir
cũferētes vt et vita iesu in corpibus nostris manifestet'.
cristi passionē debem⁹ sentire vt libēt' ad exemplũ ei⁹ pe
nitēciã agamus. vñ. i. pe. iiii. christo passo in cruce et vos
eadē cogitatione armemini. et exo. xxv. ispice et fac scdm
exēplar qd tibi in mõte mõstratũ ē. i. in cruce ¶ Tercium
principale ē videre que ipediũt ꝙ nõ possum⁹ odorē hu‑
militatis et obediētie et passionis christi sentire.

¶ Christi odorē tria impediũt.

Primũ ē fetor luxurie siue fetor ⁊ mors cuiuslibʒ peccati
mortalis. vñ ber. qui nõ sētit odorē tuũ christe: aut fetid⁹
aut mortuus ē. s. p peccatũ mortale. ¶ Scdm ē carnalitas
. i. nimis amor ꝓprie carnis. vñ carnales et accidiosi sunt
sicut paraliticus qui nichil sentit. vñ apostolus
¶ animalis homo. i. carnalis homo nõ sentit q̄ dei sunt. s.
ꝗ odorifera et ꝗ dulcia et ꝗ gloriosa. et ro. viii. q secũdũ
carnē sunt q̄ carnis sũt sapiũt et q̄ scdm spiritũ sunt que
spũs sunt sapiunt ¶ Tercium est peccatum ebrietatis q2
ebrius ē sicut dormiens qui nichil sentit. vñ puer. iiii. di‑
citur de viro ebrioso. et erit sicut dormiens i medio mari
⁊ q̄si sopbistic⁹ gubernator. a misso clauo. ⁊ dices. verbe
rauerũt me. s. demones: sʒ nõ dolui. traxerũt me et ego nõ
sēsi: qñ euigilabo et repriam ¶ Ista tria debemus a nobis
remouere et illa vitare et tũc poterimus sētire christi hu
militatem et obediēciã et passionē. et h° est quod dicit spi
ritussanctus sapi. i. sentite de dño in bonitate et in simpli
citate cordis querite illũ. quicũqꝫ pfecti sumus hoc sen‑
tiamus. phili. iii. s. christi humilitatē obediēciã et ei⁹ pas
sionē. ¶ Ita faciat nobis iesus christus filius dei sētire. p
oĩa seculoꝝ. Amen

¶ Dñica in ramis palmaꝝ. ſmo. xxv

I Te in castellũ qd cõtra vos ē et statim inuenietis asi
nã alligatam et pullũ cum ea: soluite et adducite michi

mat.xxi sicut dicit glo.isti duo discipuli qui missi sūt di·
cūtꝛ esse beatus petrus et beatus philipus:qꝛ petrus cor
neliū philipus samariā conuertit.dicit g° ite i castellū·
ꝛc.¶ In verbis istis tria pñt cōsiderari.¶ Primū est quid
istud castellū significat vbi duo discipuli mittūtꝛ et qua
re cōtrariū discipulis christi dicitur.¶ Scdm quid p illā
asinā alligatā significatꝛ et q̄ sūt illa vincula quibus li·
gatꝛ¶ Terciū ē quō ad christum ducitꝛ¶ Primū notatꝛ
cū dicitꝛ.ite i castellū ꝛc.Scdm notatꝛ cū dicit soluite.
Quartū notatur cū dicit.et adducite michi¶ Primū g°
ē videre q̄d p istud castellū significatꝛ¶ Castellū istud ē
muratū diuersis viciis.vt tangit glo¶ Istud castellū po
test significari p castellū iherico qd expugnauerūt filii
israhel.sic habetꝛ iosue .i. duo discipuli q̄ mittūtꝛ ad ex·
pugnādū.castellū istud sunt predicatores prelati eccle·
sie et duo dicūtꝛ vt dicit glo.ppter sciām veritatis et p·
pter mundiciā corporis siue operis qd debēt habere et q
sacramētū gemine dilectionis debēt predicare¶ Isti duo
discipuli debent mitti a dño nō a carne ad castellū.s.mū·
dū expugnādū et asinā alligatā et pullū soluēdū et illos
ad christū adducēdum¶ Ad expugnādum mūdum debēt
mitti predicatores q̄ cōtra eos ē: qꝛ cōtrarius ē.qꝛ christi
debēt pdicare veritatem et humilitatē et vilitatē et aspe
ritatem et mundus predicat falsitatem qꝛ imūdo non est
veritas.vñ ozee.iiii: nō est misericordia nō ē sciēcia dei in
terra:sꝫ furtū et homicidium et adulterium iūdauerunt
sup terrā.similiter mundus predicat habere diuitias de
licias et hōres. qꝛ i ipso nō ē nisi appetitꝰ et cōcupiscēcia
deliciarū et diuitiaꝝ et honoꝝ.ideo dicit io.ii.nolite dili
gere mundū nec ea que i mūdo sunt:qꝛ oē quod est i mun
do aut est concupiscētia oculorum aut superbia vite que nō
est ex patre dō sꝫ ex mūdo.trāsibit mūdus et figura eius
ideo dicit christus.ite in castellum quod contra vos est.i
in mūdum propter veritatem et paupertatem et vilitatē
et asperitatem quam predicatis.¶ Secumdun est vide
re quid per asinam et pullum significatur et que sunt vi

cula quibus ligāt' per asinā et pullum quilibet peccatoꝛ significatur qui vinculis pctōꝝ ligat' vñ puer. v. funibus peccatoꝝ suoꝝ vnusquisq₃ cōstringit' et psal. funes peccatoꝝ circūplexi sunt me.

¶ Peccatoꝛ quilibet assimilat' asine ꝓpter tria.

¶ Vere p asinā et pulū quilibet pctōꝛ significatur ꝓpter tria. ¶ Primū ē ꝓpter pigriciā. asina vel pulus ē animal valde pigrū: ita pctōꝛ piger ē ad omne bonū opus faciendū. vñ puer. xxvi. sicut ostiū vertit' in cardie: ita piger in lecto suo. abscōdit piger manus suas sub ascella. ¶ Secūdū ē ꝓpter immūdiciā et luxuriā. qꝛ asinus aīal immūdū est et multū luxuriosum. per hoc significa' pctōꝛ ⁊ maxie luxuriosus in quo iam succēsus ē ignis inferni. vñ deute. xxxii. ignis succēsus ē in furoꝛe meo et ardebit vsq₃ ad inferni nouissima. ¶ Terciū ē qꝛ debilis ē in illa parte i qua habet crucē. vñ ille habet et poꝛtat crucē in humeris ⁊ ibi debilis ē: s₃ in renibus vbi crux deficit ⁊ vbi ē immūdicia foꝛtis: ita pctōꝛ in crucē dñi sc₃ in cruce pnīe poꝛtāda debilis est: s₃ in opibus immūdis et malis et mūdanis ꝑ acquirēdo pecuniā foꝛtis. in ebꝛietatibus similiter foꝛtis est et potēs. s₃ ve illis sicut dicit dñs. ysa. v. ve vobis qui potētes estis ad bibēdū vinū et viri foꝛtes ad miscēdū ebꝛietatē. Per istā g° asinā quilibet pctōꝛ ⁊ q̄libet aīa pctātrix significa': q̄ sepe alligata ē decē vinculis sc₃ pctōꝝ quoꝝ tria pꝛia sunt eā trahētia in culpā ⁊ alia septē eā in culpa retinētia. Pꝛimū ē carnalis voluptatis. vñ eccle. vii. inueni amarioꝛē moꝛte mulierē q̄ laq̄us venatoꝝ ē ⁊ sagena coꝛ eius. vīcula eni sunt manus eius. qui placet deo effugiet eā: qui aūt pctōꝛ ē capiet' ab illa: et puer. vii. blādiciis ⁊c. Secundū ē ambitōis. vñ sapi. xvii. magna ei sunt iudicia tua dñe ⁊ ienarrabilia verba tua. ꝓpter hoc i disciplinate aīe errauerūt dū ei ꝑsuasū hñt iiqui posse dñari natōi sctē vinculis tenebꝛaꝝ et lōge noctis cōpediti ⁊c. vīcula tenebꝛaꝝ sunt vīcula ambitōis quib₃ ligat dyabolus ābitiosos oculis coꝛdis et ducit eos quasi latrones qui habent oculos bendatos ad tenebꝛas inferni. vñ ysa. v. ve qui trahitis

iniquitatē vinculis vanitatis 2c. ¶ Tercium est cupidita
tis. vñ. i. thi. vi. qui volūt diuites fieri icidūt in tētatōnē
et laqueū diaboli ⁊ desideria multa et nociua q̄ mergunt
hoīnē in iteritū ⁊ perditōnē. Ista tria vincula sunt trahē-
tia aīam in culpā. alia septē sūt retinētia in culpā pcti.
¶ Vincula septē retinētia animā in peccato.
Primū est negligētia sui. vñ puer. xix. qui negligit vitā
suā mortificabit'. i. damnabit'. ¶ Secūdū est obliuio crea
toris sui. de hoc dr deute. xxxii. deū qui te genuit dereli-
quisti ⁊ oblitus es dñi creatoris tui. ¶ Tercium est amor
pctī ⁊ delectatō ipsius. sz amor pctī ⁊ delectatō ipius fa
ciūt hoīnē iīmicū esse creatori suo. vñ iaco. iii. adulteri ne-
scitis qz amicicia huius mūdi ⁊ mūdane voluptatis iīmi
ca ē deo? quicūqz g° vult esse amicus mūdi. i. mūdane vo
luptatis inimicus cōstituit' dei. vere amore pctī et dele-
ctatōne eius ligat' peccator et tenet' in pctō et capit' a
diabolo et decipit'. vñ eccle. ix. sicut pisces capiūt' hamo
per delectatōnē vermiculi quē apponit piscator ī hamo ⁊
aues laqueo: ita hoīes in tpē malo. ¶ Itez cepit diabolus
primā mulierē et decepit per delectatōnē ligni vetiti. vñ
gen. iii. vidit mulier lignū q͡ esset bonū ad vescēdum pul-
chrūqz oculis aspectuqz delectabile tulitqz de fructu illi-
us et comedit deditqz viro suo 2c. o q͡ mala est delectatio
pctī q̄ ita ligat pctōres et retinet eos in pctīs suis. vere
mala est qz breuis ē ⁊ nō saciat in pn̄ti et in futuro cruci-
at. vt dicit aug. delectatō presens nō saciat preterita nō
delectat ⁊ futura cruciat. ¶ Quartū ē pudor ⁊ cōfusio cō
fitēdi. Isto vinculo ligat diabol⁹ liguas pctōꝝ multoꝝ. sz
maledict⁹ ille pudor et maledicta illa cōfusio q̄ cōfessionē
īpedit. iō dr eccle. iiii. fili: conserua tēpus et declina a ma
lo p aīa tua nō cōfūdaris dicere verū. ⁊ ē cōfusio adducēs
grāz et gloriā et ē cōfusio adducēs peccatū. cōfusio addu
cēs peccatū ē cōfusio qua diabolus ligat os pctōris ita q͡
nō permittit os suū aperire ad ostendendum ei pctā sua.
Quintū est timor satisfaciēdi qn̄ pctōres respiciunt q͡ o-
portz eos ieiunare ī pane et aqua et ire nudi pedes ⁊ por

tare ciliciū. et q2 ista timent: aliī nolūt peccata sua ꝓpter
hoc dimittere. vñ ꝓuer. xviii. pigrū. s. peccatorē deicit ti-
mor penitēcie deicit aliquando peccatores de peccato in
peccatū et in fine deicit aīas in infernū sed tales deberēt
attēdere et cogitare quō poterūt substinere penas infer
ni que ī centuplū erūt crudeliores q̄ aliqua pena que sit
in hoc seculo q2 sic dicit᷑ iob. vi. qui timēt pruinā irruet
sup eos nix. i. qui tim3 hic agere penitēciā veiet sup eum
pena maxima scilicet pena eterna. ¶ Sextum est fidu
cia diu viuendi. vnde diabolus dixit primis parentibus
geñ. iii. nequaq̄ moriemini: sed eritis sicut dii scientes bo
nū et malū. ber. o neq̄ vbi ē tuū nequaq̄: omnes morimur
Septimū ē nimia spes misericordie dei. vñ dicit peccator
deus nō fecit me vt damnet. vnde dicit illd̓ eccle. v. mise-
ratio dei magna ē: multitudinis peccōꝝ miserebitur. et se
ptem vincula pn̄t figurari per septem vincula siue funes
quibus ligatus fuit sanson. de quibus dicitur iudi. xvi.
attulerūt satrape philistinoꝝ septē funes ad dalidā qui-
bus ligauit sansonē ¶ Ista pn̄t significari per vincula
quibꝰ nabuchodonosor fecit ligare sedechiā. sicut habetur
iiii. re. xxv. ¶ Ista vincula quibꝰ ligatus fuit lazarꝰ qn̄
mortuus fuit et positus in sepulchro. io. xi. Per istā asinā
ligatā istis septē vinculis q̄libȝ aīa peccatrix significat᷑
per pullū indomitū significat᷑ hō qui nullis frenis legis
vult alligari: sȝ vagat᷑ ꝑ cāpos et ꝑ prata luxurie ābulās
post cōcupiscēcias. de isto pullo dicit᷑ iob. xi. vir vanus ꝑ
supbiā erigit᷑ et quasi pullū onagri se liber natū putat.
pullo similis ē qui ī minori etate. s. iuuētute sua dño non
vult seruire. sȝ dñs qui voluit sup asinā sedere ostendit q̄
ī oī etate hoīs sibi debet᷑ seruiciū ¶ Terciū ē videre quō
aīa peccatrix ab istis vinculis soluit᷑. ¶ Et sciendum q̄
soluitur in cōtritōe a deo et ī cōfessione a predicatoribꝰ. i
a prelatis virtute clauiū sibi cōmissarum. vñ io. xi. dixit
christus de lazaro (ꝑ quē quilibet peccōr significatur) sol
uite ⁊ sinite eū abire ⁊ hꝰ qd̓ dicit hic. soluite ⁊ adducite
michi. soluite: q2 q̄cūq3 solueritis sup terrā erūt soluta ⁊

79

et in celis. et adducite michi p bonā ⁊ frequētē exhortatō nē. vel possumꝰ dicere ꝙ aīa peccatrix q̄ per asinā istam si gnificatᷣ: dꝫ et pōt solui ab istis vinculis p sua cōtraria.

¶ Quomō aīa a vinculis soluitᷣ.

¶ Primū est ꝙ amor carnalis voluptatis dꝫ solui p morti ficatōnē ꝓprie carnis. psal. dirupisti vīcula mea tibi sacri fi. ho. lau. et gal. v. qui christi sūt carnē suā crucifixerunt cū viciis ⁊ cōcupiscētiis. i. quasi vincula vicioꝝ et malarū cōcupiscēciarū carnis. ¶ Secūdū est ꝙ appetitus ambitō nis et honoris ⁊ vanitas dꝫ solui p virtutē huīlitatis. vn̄ ysa. li. cōsurge sede in puluere filia hierusalē: solue vincu la colli tui captiua filia syon. q. d. o aīa superba sede ī pul uere. i. huīlia te. et ita solues a te vincula colli tui ⁊ vin cula āgitōis ⁊ mūdani honoris quibꝫ ligauit te diabolus vere p humilitatē debet illud vinculū solui: qꝛ huīlitas sē per fugit, mūdanū honorē. ⁊ sicut dꝛ iaco. iiii superbis re sistit deus: huīlibus dat gratiā. ¶ Terciū autē est vīculū cupiditatis: qd̄ soluitᷣ p misericordiā ⁊ largitatē. vn̄ ysa. lviii. dissolue colligatōes impietatis: solue faciculos dep̄ mētes ⁊ omne onus reꝝ tēporaliū dirūpe per elemosinaꝝ largitionē. vn̄ sequitᷣ. frange esuriēti panē tuū ⁊ egenos vagosq̧ induc ⁊c̄. certe miā et largitas elemosinarum sol uit vincula cupiditatis et auaricie. similiter septē vincu la retinētia hoīes in pccō debēt solui per sua cōtraria.

Primū illoꝝ quod est negligētia sui debꝫ solui per negli gētie purgatōnē. vn̄ eccle. vii. purga te a negligētia cum paucis. sꝫ a negligētia purgatᷣ hō p bonā et istātē ⁊ con tinuā opatōnē. vn̄ eccle. ix. quecūq̧ pōt manꝰ tua istāter operare. qꝛ nec opus ad merēdū nec ratio ad excusandum nec scientia ad prudēter et ordinate cōseruandū nec sapi entia ad saporē erūt apud iferos quo tu ꝓperas. ⁊ aposto lus ad gal. vii. bonū aūt opus faciētes nō deficiamus suo tpē metemꝰ. certe per bonū opus elōgatᷣ diabolus et fu gatur ab hoīe. vn̄ hiero. semper aliquid boni operis faci to vt diabolus semp te inueiat occupatū. ⁊ sic fugiet a te

Scōm quod est obliuio creatoris sui debet solui per me·

moriā domini creatoris sui dulcissimi . vñ psal . memor fui
dei mei et delectatus sum in memoria ipsius et in medita
tōe eius est magna delectatio et ipse diriget gressus eoꝝ
qui iactāt cogitatōes suas i eo.iō d2 ꝓuer.iii. in omibꝫ vi
is tuis cogita illū et ipse diriget gressus tuos ꝛc̄ ¶ Ter
ciū qd̄ ē amor pcti siue delectatio peccati soluit' p cōside
ratione pene eterne ad quā aligat' miser pctōr ꝓpter bre
uē pcti delectationē. q2 breuis ē pct̄i delectatio et ppetua
ē pena pctōris.vñ greg. breuis ē delectatō fornicatōis sꝫ p
petua ē pena fornicātis. Itē nulla ē maior īsania ꝙ̄ p dele
ctatōe momētanea obligare se ad eterna suppliciaꝛ amit
tere regna celestia vel possumꝰ dic̄e ꝙ amor pcti dꝫ solui
p odiū pcti qd̄ debemꝰ odire sup oia. q2 nichil pōt noc̄e ho
mini nisi peccatū. nec dyabolus: nec īfirmitas: nec hō: nec
aliq̄ aduersitas.vñ greg. nulla nocebit aduersitas.si nulla
dñet' iniquitas ¶ Quartū qd̄ ē pudor ꝛ cōfusio cōfitēdi
pctūm suū dꝫ solui p verā et itegrā cōfessionē. et ideo di
cit spūssanctꝰ eccl. iiii. nō cōfūdaris peccata tua cōfiteri.
q2 sicut dicit' ꝓuer.xxviii.qui abscōdit scelera sua ꝓpter
pudorē nō diriget' : qui aūt cōfessus fuerit ea miam cōse
quet'.ideo dicit psal.iniusticiā meā nō abscondi.imo dixi
cōfitebor et tu remisisti ꝛc̄ ¶ Quintū qd̄ ē timor satisfaci
endi debet solui p iudicii et penaꝝ iferni timorē.et maxie
per dei timorē. q2 timor iudicii et penaꝝ īferni facit homi
nē declinare a malo.vñ ꝓuer.xv.per timorē dñi declinat
ois homo a malo.sed timor dei scꝫ filialis facit fac̄e bonū.
vñ eccle.xv.qui timet deū faciet bona. ¶ Sextū quod est
fiducia diu viuēdi debet solui per mortis memoriā et per
breuitatis vite cōsiderationē.vñ eccl.x.hodie rex:cras mo
riet' .hereditabit bestias: vermes ꝛ serpētes .iob.xxiiii.bre
ues dies hoīs sunt ꝛc̄.ideo dicit spūssanctus.eccl.v.ne tar
